13
8 D
51

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-6.G.8

36
d
12

Digitized by Google

SINGVLARIA NOTABILIA

In Regni Neapolitani Conſtitutiones, &

PARADOXICA DISPVTATIO

Ad verum Intellectum cap. 1. cap. ſi quis inueſtitus, qui ſucceſſ. teneant. & cap. moribus; ſi de feud. defunct. milit. controu. fuer.

IO. ALOYSII MORMILIS I. C.

Patritij Clariſſimi, PHILIPPI III. Regum Maximi, Conſiliarij, & in Supremo Regiæ Cameræ Summariæ Tribunali Regni Neapolis olim Præſidis Integerrimi.

In quibus ferè omnes feudales materiæ præcipuè, & dilucidè explanantur.

Opus exiguum, ſed omnibus Iuridicam, maximèque feudalem ſcientiam profitentibus apprimè vtile, atque proficuum.

Nunc ſecundò in lucem editum, & aureis, ac nouiſſimis Additionibus

HORATII VISCONTI I. C. GIFONENSIS

Olim in Prouincia Calabriæ Vltra Auditoris, locupletatum.

Acceſſere Indices duo, Capit. & Conſtitut. Regni explanatarum vnus, Rerumque Notabilium alter, locupletiſſimi.

Ex legato



Ill.mi Cocini

IESV · BIBL. SEC. COLL. ... IHS

SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, Ex Typographia Dominici Maccarani. M. DC. XXIV.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Imprimatur.

Lælius Taſtius Vicarius Generalis.

Aloyſius Riccius Canonicus deputatus vidit.

Stephanus de Mari Canonicus deputatus vidit.

Digitized by Google

PERILLVSTRI VIRO D.
DON FRANCISCO D'OCAMPO,
CATHOLICAE MAIESTATI IN CASTRO Capuano à Conſilijs, & Generali Campaneæ Moderatori, Integerrimo.

AN Ego tibi mortale munus affero, Vir æuo digniſſime ſempiterno, cum Ioannis Aloyſij Mormilis, Præſidis iam emortui labores offero, quibus laudabiles Regni huius Conſtitutiones vidimus illuſtratas? profecto Romanæ beneficentiæ Præceptor officioſiſſimus mortale damnauit munus; ne amicus accipientis animus, credet aliquis, ipſa mortis recordatio.:e funeſtaretur. Sed alius illi Sopho ſenſus, mens alia. Manſura beneficia quærenda nobis præcepit, vt ipſa res euaneſcentem memoriam excitet, extet, hæreat amico, & conuiuat. prudenter ille, vt ſemper. Publicam aliquando aſpexit lucem eruditum Mormilis noſtri opus, omnium plauſibus exceptum: at vero (vere Lyricus, Nihil eſt ab omni parte beatum) erat quod litteratorum induſtria deſideraret, erat vnde nouus ſplendor lumen ad illud deriuaretur, & fortaſſe mortis obiecta nubes faſtigiatos labori radios, vel retudit, vel ademit. Indices enim, quaſi coramentum addidiſſet Auctor credo, additus niſi immortalitati fuiſset ſua ſatis gloria coronatus. noſtra fuit ſecunda hæc cura, quæ Indices decerpſimus duos: obſeruantiæ in te meæ indicia ſunto. Animus eſt, qui parua extollit, ſordida illuſtrat, magna, & in pretio habita dehoneſtat. Facili ad te venit manu qualecumq. hoc donum: & hoc quidem ſatis foret, vt grata exciperes fronte: per, credo, gratum habebis, quando plena manu datur. Etenim Horatij Viſconti Additiones, non vulgare quidem auctarium, habes. noſti hominem, amaſti plurimum, cum mutua certet beneuolentia cognata virtus quocumque in pectore. Curarum iactabatur fluctibus aliquando Plinius, ne quæ Ve-

ſpaſiano

ſpaſiano dicaret, indigna eſſent Imperatore. Occurrebat ingens ille Romani nominis vertex, & longius etiam ingenij faſcibus ſubmouebat: audentem retardabat conatum verecunda cogitatio, non opprimebat; auſus eſt tandem, & mundi totius Principem ipſi etiam Naturæ, auguſta operis inſcriptione, præfecit. Sunt te digna quæ Typis mando, qui fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ habes in Iuſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. Iam ciuilia curas, felix ciuilis felicitatis aſſertor. quid? teterrimæ olim criminum peſtes, tua manu, auctoritate tua profligatæ, omneſq. ciuili bono aduerſantes morbi. Cæterum ampliſſima de te prædicent alij: modeſtiæ, pudoriq. tuo, non meo ſeruiendum mihi deſiderio puto: & hoc ipſum amantis eſt, non onerare te laudibus. Priores Hiſpaniæ tribuantur partes, quæ alumnum extollat ſuum: commendet litterarum educatrix Bononia, cum te in Hiſpanico ampliſſimo quidem Sancti Clementis demorantem Collegio prudentiaque admirabili ciuilis arcana Iuris aperientem fuerit admirata longe, lateque tua vagatur gloria, nec Regni huius finibus continetur. linguam Calabria ſoluat tuis deuincta officijs; etenim aures, animumque Citeriori illi beneuolentem Prouinciæ dicto Audientem exhibuiſti. Quiddam ſacrum profecto Conſultatio eſt apud Platonem: Gratias Regi Magno, qui cum te à Conſilijs in Caſtro Capuano delegerit, virtutis tuæ imaginem in ære poſuit, & quaſi auctoritate Regia ſacrauit. Ite peſſum mali fures, Campaniæ furiæ ite peſſum: pœnas Moderatori huic dabitis deuota neci capita. Nihil in penatibus viri huius venale eſt, ambitioni peruium nihil. Gratus inuenit animus liberalitatis materiam inter anguſtias paupertatis. Ingratus vero eſt qui remotis arbitris agit gratias: publicam igitur animi in te mei ſignificationem habe publicis litteris conſignatam. Seruate Poſteri monumentum, quod æternitati pono, conſecroque.

Perilluſtri Dominationi tuæ

Addictiſſimus Seruus

Ioannes Dominicus Boue.

AD LECTOREM.

IOannes Aloyſius Mormilis ab ineunte ætate Iuris prudentiæ ſtudijs, ac humanioribus litteris ſedulam nauauit operam, in quibus eo deuenit, vt ſua ætate Primarios, & præclara queq; ingenia adæquarit. In rebus agendis ſumma dexteritate vſus, Regis, & Reipublicæ maiora munia, tanta æqualitate coniunxit, vt Ciuitatis Neapolis, & vniuerſi Regni conuentus Sindici officio quater hucuſque functus nec Patriam in qua valuit plurimũ, in parua quidem re læſerit vnquam, & ſuo Regi tot inſignia ſeruitia præſtitit, vt Regni excelentiſſimi Proreges, ſupremis honoribus, & magiſtratibus digniſſimo viro ſub fide, & verbo Regio, etiam ſcriptura vallato, Ducis titulum, & maxima quæque in Republica onera ſpoponderint. Et re ipſa dum Regiam incoleret, Regem ipſum, Hiſpaniæ Principes, Miniſtros, & Aulicos ob eius ſingulares animi virtutes, morumq; venuſtatem, atq; vrbanitatem ad maiora indulgendum deuinxit. Cohoneſtatus interea Regiæ Cameræ Præſidis officio, quod vt ſplendidius in benemerito viro eluceſceret, voluit Regia Maeſtas, vt illud ex trium ſupremorum Conſiliorum aſſenſu in ſeruitiorum partem daretur. Et dum Præſidem geſſit, geritq; integerrimum, tanto ſe in eo cum Populorum, Regis, Patriæ, et omnium Nobilium applauſu vniuerſali exercet, vt antiquiſſimis, & præclariſſimis prædeceſſorum obſequijs noua eaque notabilia addiderit ſeruitia, maioribus digna muneribus. Ni mirum quod clariſſimo genere ortus, quæ nobiliſſimum decent Virum prouiderit ſemper. Adhuc adoloſcens, Sanazarij eius conſanguinei leporem, atque ornatum ſectatus, artificioſa, iucundaq; Poemata ædidit, hæroico carmine contexta. Super feudales quæſtiones ſcripſit multa, ſimiliter ſuper Regni huius Neapolitanas conſtitutiones, & capitula, ſingularia quædam congeſſit, quibus Reſpublica municipalis tota recte, riteq; regitur, & diù promiſſa ab his, qui prælo familiæ huius, & inſignis ſcriptoris viri geſta delineauit, promuntur tandem. Vtere benigne lector, & ex ſingulari viro, ſingulari prædito ingenio, ſingularia cape, ad præcipuas Regni quæſtiones, & emergentia

dubia

dubia ſoluenda, per quam opportuna, & certè neceſſaria, vt ex operis prælectione conſpicere erit. Regnicolæ multi egregij, probatiq; viri de Iure Regni, Regniq; rebus præcipuis in Regia Camera, Sacro Regio, ac etiam Collaterali Conſilio geſtis, et vſu comprobatis ſcripſere digna. Sed hæc, quæ modo promuntur ſingularia Regni, vt nomine ſingularia ſunt, re ipſa ſingularia eſſe experimento comprobabis, & ad cauſarum palmam obtinendam ſi actente inter manuum palmas attrectaueris, proficient. Fuere, & Vale.

Fabritius Carrafa.

IOANNIS ALOYSII MORMILIS

Iuriſconſulti Patricij Clariſſimi.

PHILIPPI TERTII REGVM

MAXIMI CONSILIARII, ET IN ſupremo Tribunali Regiæ Cameræ Regni Neapolis Præſidis integerrimi.

PARADOXICA DISPVTATIO

ad verum intellectum cap. 1. c. ſi quis inueſtitus, qui ſucceſſ. ten. & cap. moribus; ſi de feud. def. mil. contro. fuerit.

SVMMARIVM.

1 QVæſtionis titulus eſt. Inueſtitura de feudo baroni recaſuro an valeat in præiudicium filij, vel alterius agnati ſuccedentis baroni inueſtienti in feudo ex pacto & prouidentia.

2 Laici, & clerici feudatarij an diuerſo iure iudicentur? quoad quæſtionem ſupra formatam, & num. 7.

3 Cap. ſi quis inueſtitus qui ſucceſſor teneantur, &c. moribus ſi de feudo defun. quomodo intelligantur in feudo hæreditario, vel in feudo ex pacto, & num. 6.

4 Feudum hæreditarium an cognitum ſit iure communi feudorum, & num. 8. & 15.

5 Baro an concedere poſſit excadentias vacaturas.

9 Feudum hæreditarium nunquã dicitur ſi hæreditaria qualitas in inueſtitura deficiat, & num. 24.

10 Hæres verbum vtrum faciat feudum hæreditarium, & num. 14.

11 Cap. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. declaratur.

12 Hæres, & filius in feudalibus idem ſignificant.

13 Feudum dominans an poſſit eſſe hæreditarium, & dominatũ ex pacto, & prouidentia, ſeu ſuffeudum ab eo deſcendens.

16 Iſernia quo tempore ortus, & vita functus.

17 Bartolus, & Baldus quo tempore vixerint.

18 Cap. 1. apud quem, vel quos, quomodo intelligitur.

19 Hæres verbum aliquando pro filio accipitur, & num. 22. & 23. & 26.

20 Primus acquirens ſemper præiudicare poteſt deſcẽdentibus etiam in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario.

21 Feudum in dubio an præſumatur paternum, ſeu antiquum, vel nouum.

25 Conceſſio pro ſe, & liberis, quid operetur.

27 Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.

28 Filius an poſſit allodium acceptare, & feudum ex pacto repudiare.

29 Afflicti ratio corripitur?

30 Filij in feudo ex pacto quo iure ſuccedant, & an tenentur ad intereſſe repudiando hæreditatem patris num. 31.

32 Filius hæres in allodio repudians feudum ex pacto, an á domino cogi poſſit, vt recipiat inueſtituram.

31 Fillus poteſt ſibi non acquirere feudum ex pacto & non per hoc dicitur repudiare.
34 Dominus, & feudatarius an ad imparia iudicentur ? & quomodo.
35 Contractus feudales aliquando ex parte vna claudicare poſſunt.
36 Inueſtito filio in feudo ex pacto non datur pænitentia neque filius poteſt feudum repudiare, quod ſemel acceptauit per inueſtituram.
37 Hæres, & videtur verbum quid ſignificant, & num. 41.
38 Feudum hæreditarium à iure feudorum incognitum, & num. 41.
39 Hæres verbum magiſtrale fuit non iure feudali cognitum neque expreſſum.
40 C. 1. qui ſucceſſus teneantur quomodo intelligitur.
42 Hæres verbum à iure prolatum differt quando ab homine profertur.
43 Hæres verbum pro filio, vel propriè pro hærede accipi debeat, & num. 5.
44 Clauſula, & cui dederis, quid operetur in feudis.
45 Feuda omnia empta ſunt hæreditaria.
46 Feudum natura hæreditarium an iure communi feudorum fuerit cognitum.
47 Feudum ſeruiens an poſſit eſſe diuerſæ naturæ à feudo dominante.
49 Ratio autoritates vincit.
50 Principiorum error periculoſiſſimus eſt in omni doctrinarum, & ſcientiarum genere.
51 Mens legis non verborum Craſſities eſt attendenda.
53 Prælati, & feudatarij diuerſa ratio quæ.
54 Nullum ab initio tractu temporis non conualeſcit.
55 L. lex vectigalis ff. de pignor. an procedat in feudis.
56 Argumentum an ſumi poſſit à conſenſu hominis ad conſilium legis.
57 Feuda in aliquibus caſibus concedi, & pignorari poſſunt cum ſolo legis aſſenſu;
58 Actus qui habet legis aſſenſum debet eſſe perpetuo validus.
59 Aſſenſus hominis, quid operatur quando actui feudali ſuperuenit.
60 Aſſenſus regulatur à contractu, & recipit omnes qualitates conditiones exceptiones, & limitationes quas recipit, & continet contractus.
61 Iuramentum regulatur à natura actus ſuper quo interponitur ?
62 Aſſenſus domini cenſetur contractum approbare, & hæredibus proſpicere.
63 Actus purus feudatarij habet legis aſſenſum, ſed ſi validabitur ab homine, quid operatur hominis aſſenſſus.
64 Verba ciuili modo eſſe accipienda quomodo intelligitur.
65 Infeudatio ſincere, & bona fide facta in feudo ex pacto an valeat, vel in vita concedentis tantum ſubſtineri poſſit, & quid in hæreditario num. 69.
66 Inueſtitura de feudo viuentis facta à laico non valet.
67 Leges impropriantur, & earũ verba, etiã corrũpi poſſunt ne quid abſurdi contineant.
68 Hæres non tenetur ex facto nullo defuncti.
70 Lex vel ſtatutum addens alteri recipit omnes qualitates eius cui addit.
71 Hæres verbum pro filio, & ſucceſſore accipitur.
72 Prælatus ideo in ſucceſſorem nil tranſfert, quia electione non ſucceſſione fit.
73 Prælatus antequam feudum eidem aperiatur an poſſit inueſtituram ab eo factam infirmare.
74 Laici, & prælati differentia in infeudando, & differentie plures rationes aſſignantur.
75 Prębende viuentis hominis qua ratione concedi non poſſunt.
76 Prælati ſunt adminiſtratores, & procuratores rerum Eccleſiæ non domini.
77 Succedens in feudo ex pacto an factum ſui prædeceſſoris ratum habere teneatur.
78 Vaſſalli debent eſſe domino loco filiorum.
79 Dominus debet cum vaſſallis ex bono, & ęquo, ac benigne agere.
80 Mandatum aliquando mandantis morte non extinguitur.
81 Infeudatio pura qua ratione iure communi permittitur.
82 Fiſcus ſuccedens feudatario inueſtienti ſub conditione an teneatur ratum factum habere ſi iure deuolutionis eidem non ſucceſſionis feudum aperitur.
83 Succedens baro hæres inueſtitoris ſub forma de qua diſputatur, an ratum eius factum habere cogatur.
84 Inueſtitura de qua agitur? vtrum conditionalis, vel in diem denominetur?
85 Exempla quando regulam reſtringunt.
86 Dies incertus conditio appellatur in teſtamentis, & quid in contractibus.
87 Actus quilibet, vel purus, ſiue in diem, vel conditionalis eſt.

88 Dies.

88 Dies mortis in contractibus non facit conditionem, & limitatur?
89 Literarum humanarum peritia debet eſſe apud Iureconſultos.
90 Dictio, ſi, an conditionem, vel tempus importet, & quid in dubio num. 91.
91 Incertitudo rei deducte in contractibus an faciat conditionem.
92 Obligatio an oriatur ex ſimilibus contractibus conditionalibus ante diem mortis.
93 Aſſenſus à rege præſtitus in regno non hæreditario an regis morte expiret, ſi contrahentes in vita non contraxerunt.
94 Rex in diminutionem ſue Corone aſſentire non poteſt.
95 Feudo ad dominum iure confiſcationis reuerſo quo iure illud retineat, & 96.
97 Donatio inter virum, & vxorem iuramento firmatur.
98 Euentus poſterior declarare ſolet incerta actus tẽpore quæ declaratio retrotrahitur.
99 Qua actione ſucceſſor non hæres in feudo ex pacto inueſtito tenebitur denegans conceſſi feudi poſſeſſionem die mortis feudatarij adueniente illi tradere.
100 Feuda viuentium ſolus Princeps concedit.
101 Principi nemo dicit cur ita facis nec de eius geſtis loqui poſſumus num. 102.
102 Excadentialia iure regni conceduntur ſicut iure communi, quia in eis nil eſt immutatum.

NON contemnendæ, nec vulgaris, (vt arbitror) eruditionis eſt, huiuſce quæſtionis de qua in præſentia pro meis viribus accuratè diſſeram veritatem, aut inueſtigare, aut aſſequi, dabo tamen operam, quantamquè in me erit enitar, vt vel ſcopum veritatis, (quod in animo eſt) planè ferire; vel ſaltim cœteris omnibus, qui hactenus de ea ſcripſerunt, ad illam propius accedere.

Ex facto quæritur, an inueſtitura de viuentis feudo, quod morte poſſidentis feudatarij ad Baronem concedentem lege redire debet; vſque adeò valida, & firma ſit, vt tametſi poſt Baronis concedentis mortem dies inueſtituræ veniat (purè enim fieri non poteſt, ſed neceſſe eſt, vt in diem poſſidentis occaſus conferatur) nihilominus ſucceſſor Baro, nec concedentis hæres, (quia feudum ſit ex pacto, & prouidentia) talem inueſtituram ratam fateri omnino teneatur? & prima fronte verius videtur non teneri per tex. apertos, & vulgares in c. 1. in c. ſi quis inueſtitus qui ſucceſſ. teneantur in capitulo moribus ſi de feu. def. milit. contr. ſue. quæ iura licet laicis poteſtate tribuat inueſtituras faciedi de feudis viuentiũ eandemquè Clericis præcidant, ſi tamen inueſtitor Dominus ante poſſidentem feudatarium vita excedat, non niſi hæres laici inueſtituram obſeruare tenetur, at ſi non hæres, ſed ſucceſſor eſt, vt quia feudum ſit ex pacto, & prouidentia in quo filius non eſſet hæres, palam eſt non teneri ſucceſſorem præteriti do- 1

4

2 *mini inueſtituræ ſubſcribere, vt in ſpetie Andr. decidit in d. cap. 1. in extremo vbi ait, nullum tunc inter laicos, & clericos diſcrimen fieri, ſed idem ius in omnibus obſeruari. Quare, & Capyc. deciſ. 121. num. 7. & eius diſcipulus magnus feudiſta Camerarius in l. Imperialem §. præterea ducatus car. 96. litera N. et ſeq. de prohib. feud. alien. per Feder. tex. illos intelligunt, vt loquantur de feudo dumtaxat hæreditario.*

3 *Quinimmo ex illis Camer. euincere conatur, (id quod nonnulli in quibus nec in poſtremis Bal. fuit apud Affl. in prælud. feud. num. 84. et ſeq. præciſe antea negabant) feu-*

4 *dum hæreditarium ab ipſo feudali iure ortum ducere, nec eſſe ad Andreæ, & aliorum feudiſtarum inuentum (vt plerique exiſtimabant) referendum. Quibus adiungitur huiuſmodi inueſtituram, quæ de viuentis feudo fit, quia ex ea mors captatur; ac euentus triſtiſſimi oriri ſolent, non habere locum niſi in ſupremo Principe, ſicuti conceſſio vacaturarum in ſolo Papa, inquit Andr. in d. c. moribus ſi de feu. defunct. mil. contr. fuer. cui Affl. ibi aſſentitur, & in c. 2. num. 16. de feud. dato in vi. leg. com. in tit. quæ ſint regal. in princ. num. 68.*

1 *& in deciſ. 292. Quibus adhærent Jo. Vinc. de Anna in*

5 *ſuo ſingul. 64. vbi etiam dixit Baronem non poſſe concedere excadentias vacaturas niſi iux. modum d. cap. moribus, & ſic etiam limitat Affl. in cap. 1. col. 8. verſ. 62. in titul. quæ ſint reg. Idemque Anna in alleg. 45. in fin. & Ann. filius ſing. 61. & 98. Burſat. conſ. 29. & 30. lib. 1. Hieronym. Scarfur. conſ. 127. & 128. Menoch. conſ. 1. num. 419. Intrigliol. de feud. q. 64. centur. 1. Ant. Gamba deciſ. 67. latiſſime Rodulf. Sclader. in tract. de feud. part. 3. c. 2. per totum, Capyc. in inueſtit. in verb. feudorum genera verſ. de caducitate ſucceſſionis per totum, & poſtremo nunquam ſatis laudatus Regens de Curte in ſuo opere feudali fol. 21. à ter. num. 48. & doctiſſ. de Ponte Regens deciſ. 11. num. 41. in fine ibidemque Regius Conſiliarius eruditiſſimus Scipio Rouitus num. 21. Et ante eos Octauius Bammacarius Aduocatus primarius in eod. cap. moribus num. 1. & 2. qui alios recenſet.*

Verum

Verum his non obſtantibus, (quod audacter licet) contrarium 5
dicendum puto, hanc ſcilicet inueſtituram, poſtquam ſemel, à
Barone iure, ac rectè facta eſt eius morte minime infirmari,
vel corrumpi, ſed omnino etiam quo ad ſuccedentem Baro-
nem, quique in feudo ex pacto, & prouidentia hæres morienti
non exiſtat, valere, & conſiſtere ex illis ipſis textib. rectè ta-
men intellectis in d. c. 1. et c. ſi quis inueſtitus qui ſucceſſ. ten. 6
et c. mortibus ſi de feud. defunct. milit. fuer. contr. Quibus om-
nibus expreſſe deciditur poſſe laicos de feudis viuentium in
diem futuræ illorum mortis inueſtituras conficere ac teneri
ſucceſſores inueſtitoribus non ſuperuiuentibus, illas die mor-
tis feudatarij illuceſcente ratas facere, quod ſecus eſt in cleri-
cis, cum ergo ſimus in laicis caſus iſte nullam videtur habere 7
dubitationem, quia vbi caſus legis, ibi nulla quæſtio, nec du-
bitatio ſupereſt l. ancillæ C. de furt. l. illam C. de collat.

Non obſtant obiecta, in quorum confutatione conſiſtit pondus
huiuſce quæſtionis, & primo non obſtat tex. illos loqui de feu-
do hereditario, quia (bona venia tantorum patrum Andreæ
primum qui hanc nobis ſententiam prius induxit, deinde Ca- 8
picij, & Camer. aliorumq; qui eam ſequuntur) hoc prorſus
erroneum, et falſum eſſe puto. Quod vt dilucide, & planè do-
ceam, illud principio tenendum eſt, quod idem Camer. ead.
repet. et loco litera B. & ſeq. & lit. S. & ſeq. ex Andrea, &
communi feudiſtarum ſententia ſcriptum reliquit, nempe feu-
dum nunquam eſſe aut dici hæreditarium, niſi hæreditaria
qualitas ipſi inueſtituræ ab homine adiecta fuerit, vſque 9
adeo quidem, vt ſi ab homine prætermiſſa, à lege autem ſubin-
tellecta ſit nequaquam feudum cenſeri debeat hæreditarium,
ſed ex pacto, & prouidentia, quemadmodum in dubio præſu-
mitur, quia verbum (hæres) à iure ſubinductum, vel expreſ- 10
ſum, non eius eſt virtutis, vt feudum faciat hæreditarium,
ſed tantum operatur, vt non ſit perſonale, & tunc hæres pro
ſucceſſore, non autem pro hærede interpretatur. Quæ in feu-
dis expoſitio, & vera, & germana, eſt verbi acceptatio, &
ſignificatio c. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feu. qui tex. (ca- 11
uillentur quantum velint ſophiſtæ) nunquam ſanè vincent,
quin

Digitized by Google

quin propriè ad hoc vnum factus ſit, vt ſolam qualitatem hæreditariam, ex illo verbo excludi nos doceret, quandoquidem neque ad extraneum hæredem neque ad fœminam illud referri poſſe, ſatis iam, & in prima rub. & in tit. de ſucceſſ. feud. expreſſum fuerat, quod quidem rurſus admonere ſi non ſtultum fuiſſet, at certè ſuperuacaneum, & alienum ad quem neque Loffred. conſ. 4. col. 1. & ſeq. vbi de hoc latè, ſed confuſè nimis, & promixtè diſceptat, nec vllus alius quem ipſe adhuc legerim aduertit in c. 1. in princ & in §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. quem tex. ſcribentes noſtri non minus verè quàm creberrimè de feudo ex pacto, et prouidentia loqui aſfirmant, et tamen quem Obert. in initio filium vocat, eundem mox in ſequenti §. hoc quoque quaſi vim verbi exprimens hæredem appellat, ex quo non obſcurè ſignificari intelligitur,
12 *hæredem, et filium in feudalibus eſſe ſinonima, idemque per omnia (niſi cum verbum hæres ab homine profertur.) Importantia, Quem ipſum in modum expendi quoquè poteſt tex. in §. & quia verſ. ſed cum hoc iure, cum ſeq. §. cum verbum prima rub. in cap. 1. in princ. in §. 1. & ſi. de feud. Marchiæ in c. 1. § ſi quis miles Jmper. Lotar. in c. 1. de benef. fratr. in c. 1. de grad. ſucceſſ. et in c. 1. de inueſt. quam Titius accepit à Sempronio. Quod et verum eſt quamuis Loffr. loco iam citato magno labore, nullo tamen ordine contrariam ſententiam propugnare nitatur, ſed nihil prorſus eſt, quod aſſequatur. His, & breuiter & verè poſitis, primùm quæro quiſnam aperuit Iſern. & Camer. illis in tex. inueſtituram feudi*
13 *dominantis pro ſe, & hæredibus fuiſſe conceptam, & hanc qualitatem ab homine illi adiectam, ſic, vt feudum dominans fieri potuerit hæreditarium? certè quidem totis illis iuribus de hac inueſtitura, dequè hoc hominis facto nulla penitus fit ſignificatio, quomodo ergo citra manifeſtam diuinationem, contra l. fin. C. de contr. empt. dici poterit, feudum ibi eſſe*
14 *hæreditarium? An fortaſſis propter verbum (hæres,) quod ibi exprimitur? Atqui id non probat, neque ſufficit vt feudum hæreditarium conſtituatur. Primo quia verbum illud non hominis inueſtientis eſt, qua ſola ratione feudum hæredita-*

rium

rium fieri poteſt, ſed compilatoris, & ſic legis, quod pro filio, & ſucceſſore accipitur, neque tantum, (vt dictum eſt) præſtat, vt feudum hæreditarium efficiat. Quod autem illud, vel ab homine inueſtituræ fuerit aſcriptum, id quidem facti eſt, nec aliter præſumitur, quam ſi probetur: Secundo quia licet tex. hæredis meminerit nihil tamen eſt cur de hærede in ipſo feudo, ac non potius de hærede ſolum in allodio intelligamus: Immo verò neceſſario, cogimur ſic intelligere, quia cum verba omnia pro ratione materiæ, & ſubiecti accipi debeant l. ſi vno in princ. ff. loca. l. Inſulam de præſcript. ius feudorum feudum hæreditarium minimè nouit, ſed vera eſt 15
ſententia illud Andreæ, & communi feudiſtarum Scholæ attribuentium, quicquid aliter Camer. ſcripſerit, ſed malè nulla lege fretus, nullo aut neceſſario, aut probabili argumento nixus, quin imò errat temporibus dum Bart. & Bal. noſtro Iſer. ætate ſuperiores facit, qui tamen non modico annorum numero ambobus præſtitit: Is enim ſub Federico huius nominis ſecundo Cæſare in lucem editus Roberti Regis Principatu annos circiter 80. natus aut plus, eo vt conijcio ceſſit è vita, vt ex eius libris, & veteribus tabularij noſtri, quod 16
vulgo Archiuium vocant munimentis diligentiſſime collegi: ac tametſi adhuc mihi eius vitæ incerta ſint tempora, illud tamen certo conſtat, id quod vulgo à Paride Puteo literarum monumentis traditum, & à cœteris ſubſequutis Doctoribus receptum eſt Andream Iſernienſem à quodam Gallo Io. Reginæ temporibus fuiſſe interemptum, ſi de Andrea Iſernienſe huius qui feuda interpretatus eſt nepote intellexerunt, nihil eſſe verius, ſin autem de hoc ipſo nihil á veritate magis alienum. At Bar. & Bal. longo poſt interuallo 17
viguerunt, ac Bartol. quidem Ioanna. Bal. verò Ladiſlao in his oris regnante obierunt. Neque verò ponderatio tex. cap. 1. apud quem, vel quos; quam ad ſuam ſententiam pro- 18
bandam Camer. facit, et in qua multum ſibi placet vllam vim habet, quia verbum (hæres) in eo tex. poſitum ſecundum gloſ. ibi, quam omnes ſequuntur non qualitatem hæreditariam ſignificat, ſed tantum filium iux. tex. dicti cap. 1. §. & 19
ſi clien-

ſi clientulus de alien. feud. qui filius, quod alienationem infirmare non poſſet non ex eo erat quòd feudum illud eſſet hæreditarium, vt falsò exiſtimauit Camer. ſed quod alienatio facta fuerat à primo acquirente, vt ex verbis tex. & themate ibi propoſito clarè colligitur, qui primus acquirens haud dubiè

20 poterat deſcendentibus præiudicare, ſiue alienando, ſiue delinquendo, ſiue feudum eſſet hæreditarium, ſiue ex pacto Andr. in cap. primo col. 3. num. 10. et ſeq. de alien. feud. Dec. conſ. 586. in fin. non tamen Domino, qua propter meritò deciditur (ſi tamen hoc ibi deciditur) deſcendentes alienationem reſcindere non poſſe, at Dominum poſſe, quæ, et vera, et ipſiſſima ratio eſt illius tex. cui non repugnat id quod obijci fortaſſe

21 poſſet nempe feudum præſumi paternum vel antiquum, niſi probetur nouum. C. vnico ad fin. de grad. ſucceſſ. c. 1. in princ. ſi de feud. defunct. milit. contro. fuer. inter domin. & agn. quia verũ id eſt in illis terminis vbi ſcilicet contentio eſt inter agnatũ, & Dominũ, cui agnato iura magis fauent, quàm Patrono, & adhuc vbi feudum de quo eſt diſputatio agnatus poſſidet; itaque tex. illi loquuntur, ex omnium Doctorum ſententia, Cæterum extra illos caſus, & ceſſante alia cauſa aut fauoris, aut odij ex qua magis vnum quam aliud cenſendum eſſet, dico feudum in dubio potius præſumi nouum quam paternum, quia eſſe antiquum, maioribus ſcilicet conceſſum, eſt quid facti, & facta non præſumuntur niſi probentur, vulgata l. in bello. §. factæ ff. de capti. & poſt reuer. l. denique ex quib. cauſ. maior. eſſe autem nouum nihil habet facti quia iam is qui poſſidet poſſeſſor eſt, et (cum minimè prædo exiſtimandus ſit) credere neceſſe eſt ab habente poteſtatem fuiſſe inueſtitum, iuſtumque & legitimum ſucceſſorem eſſe magis propria virtute & induſtria quàm (quod minus decorum ei eſſet) maiorum aut patris: Tum quamuis Obert. de alienatione apertè loqueretur; quæ ab vlteriori acquirente facta eſſet ad huc non obſtaret quia ibi non aperitur, nec deciditur, ſi voluiſſet filius alienationem reuocare, vt non poſſet, quod nec ibi queritur, ſed tantum dubitatur ſi Capitaneus ſuum beneficium, ſiue totum, ſiue partem alienauerit, & ipſe vel hæres

eius

eius ſine hærede deceſſerit, an valeat alienatio, quantum ad dominum? & reſpondet Obert. quia beneficium ſenioribus aperitur totum quod fecit reuocari debet, quare cum de hoc vno ibi quæratur idquè ſolum ibi decidatur non poteſt ille tex. ad aliud citari, quia lex non debet allegari, nec diſponit niſi ad id, & de quo, in ea quæritur, & dubitatur Dec. in l. ſi pater colum. 2. in l. vltima colum. 1. de inſtit. et ſubſtit. in cap. cum omnes lectura 2. colum. prima de conſtit. in cap. in præſentia colum. 4. in cap. ad noſtram colum. 1. de probat ſtet igitur, nil ibi ſtatui de filio, ſed tantum facti contingentiam exponi vt rectè tradit ibi gloſ. 3. in verſ. vel ſi vis intelligere.

Quo circa cum ex his liqueat tex. illum loqui de feudo ex pacto, & prouidentia, non autem de hæreditario facile apparet longè aberraſſe Camer. illum ſibi aduocando, qui non modo ſuæ ſententiæ non ſuffragatur, ſed etiam contrariam, magnopere confirmat, ita in quo argutus videri ipſe voluit nemo non videt, quàm ſit arguendus: Nec rurſus quemquam moueat, aut tex. in cap. 1. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis, aut tex. in c. 1. de duob. fratr. á capit. inueſt. quia vtrobique verbum hæres profertur à lege, & pro filio, 22 & ſucceſſore accipitur non autem qualitatem hæreditariam deſignat, quod etiam Bal. ſenſiſſe viſus eſt in d. ſuo conſil. quod legitur, inter lecturas Aſſl. in prælud. feud. num. 86. & ſeq. quæ ratio (opinor) fuit, quare Iſernia primum tex. loqui intellexerit de feudo ex pacto, & prouidentia, tum in principio dum illius ſpeciem non in hærede, ſed ſolum in filio, & ſucceſſore fingit, ac ne verbum quidem de hærede aſpergit, tum apertius ad medium in verſ. hoc eſt regulare, cui Bal. ſub num. 6. ſententia Iacobi Beluis rectè confutata ibi conſentit quamuis Aluarot. colum. 3. & Præpoſit. colum. fin. Beluis ſequi videantur, ſed certè curſim attingerunt, neq; digeſſerunt, vt queritur Salic. de his qui ſcripta tantum diſcurrunt, nec in eis contenta digerunt, quos merito ſilere iubet in l. ſi ex cautione col. vlt. C. de non num. pecu. Minus tamen ſunt reprehendendi quàm Aſſl. qui dum latius

explicare voluit meros errores, (quod pace ſua dixerim) effudit, vt perſpicitur à num. 2. ad 4. Cenſuit enim (in
23 *quo Bal. etiam ſupracitato conſil. numero 92. lapſus eſt) verbum, hæres, de quo in illo tex. inueſtituræ ab homine fuiſſe poſitum dum ad hominis inueſtituram, ſub hæredis commemoratione factam illum trahit, & nihilominus feudum eſſe ex pacto & prouidentia plane, contendit quod eſt apertè falſum, cum vel ſuo met teſtimonio in cap. 1. num. 65. ex quibus cauſ. feud. amitt. ex crebriori & recepta apud nos ſententia verum ſit, perpetuo feudum eſſe hæreditarium,*
24 *vbicumque vel tenuis aliqua hæredis, ſignificatio ab homine in inueſtitura facta eſt. Alterum verò tex. ſcilicet d. c. 1. de duob. fratrib. à capit. inueſtit. qui fortius ſtringere videtur, quòd nulla circuitione vtitur, ſed palam dicit illos fratres eo tenore fuiſſe inueſtitos, vt quamdiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent feudum haberent; ſicque perſpicuum videtur eſſe, verbum hæres inueſtituræ ab homine fuiſſe poſitum, & conſequenter feudum ibi eſſe hæreditarium.*

Quod ego ita quoq; intelligendũ eſſe confirmo, vt ſcilicet loquatur de feudo, & pacto, & prouidentia non autem de hæreditario,
25 *qm inueſtitura ibi concepta fuerat pro ſe, & liberis, vel deſcendentibus maſculis, & fœminis, qui verus erat inueſtituræ tenor de quo in c. 1. §. quinetiam Epiſc. vel Abb. in cap. 1. §. fin. de ſucceſſ. feud. non autem pro hæredibus quorum nulla mentio in eo facta fuerat, tantumque verbum hæres ex ſubaudito intellectu iuris veniebat, ſed Obert. illam nobis inueſtituram referens vtitur verbo hæres, non quod ab homine expreſſum fuerit in inueſtitura, ſed quod filius, & hæros ſunt*
26 *ſinonima, & in feudis, (vt ſupra demonſtrauimus) iddem vnum quod alterum importans, quod idem alibi quoque fecit, vt perſpicitur in c. 1. de inueſtit. quam Titius accepit à Sempronio in c. 1. §. penult. ſi de feud. defunc. mil. contro. fuer. in c. 1. de feu. non haben. propter nat. feud. Primum autem, quod propoſui, vt ſcilicet Obert. ibi de feud. ex pacto, & prouidentia ſolum loquatur ex poſtremo eiuſdem tex reſponſo non inargute elicitur ac demonſtratur.*

Illud

Illud modo ante omnia non ignoretur, verbum hæres in eo loco poſitum ſinè vlla dubitatione (vt iam ſæpè diximus) pro ſucceſſore accipi non pro hærede, ſenſumque eſſe, ſi filia quam is qui deceſſerat reliquit noluerit ſuccedere in feudo propter inueſtituræ legem, non domino, ſed fratri feudum acquiritur, qui ſenſus quæque expoſitio veriſſima eſt vt ex his quæ mox ſubijciam intelligetur. Nunc quod feudum ſit ex pacto & prouidentia ita oſtendo; etenim ſi feudum ibi eſſet hæreditarium, neceſſario in illa vltima ſpecie fatendum eſſet filiam hæreditatem quoque allodij repudiaſſe, quia cum, (vt eſt pertritum) feudum hæreditarium in petitionem hæreditatis veniat, gloſ. in l. & non tantum ff. de petit. hæredit. Andr. in cap. prim. col. 2. prope finem 27 quid ſit inueſtit. & alibi ſæpe, non poterat hæreditas pro parte, nempè quo ad allodium, adiri; pro parte verò, nimirum quo ad feudalia repudiari l. 1. de acquir. hæred. Atqui cum ibi in ſolo feudo quæſtio proponatur, quomodo poſſunt ſine apertiſſima diuinatione allodialia, de quibus ſit ibi nullum verbum à nobis addi, atque admiſceri?

Quid? quod non ibi ſolum, ſed in omnibus illarum conſuetudinum Capitulis, in quibus Obert. de feudo, deq. hærede eſt loquutus, quos omnes tex. paulo. poſt citabimus, mentionem hæreditatis nullam fecit, præter quàm in cap. 1. an agna. & in c. 1. §. ſimiliter et §. ſi contentio de Capit. qui Cur. vend. parum nè certum argumentum eſt vbique eum, verbum hæres pro filio, & ſucceſſore, poſuiſſe, ac perpetuo, de feudo ex pacto, & prouidentia intellexiſſe, de quo etiam loqui tex. d. cap. 1. an agnat. rectè docet nos, ibi Iſernia vbi comuniter feudiſtæ accedunt, quamuis Ciuiliſtæ contrarium frequentius affirment vt teſtatur Dec. conſil. 445. numero 15. & Arri. Pinell. Luſitan. qui cœteros citat in l. prima part. 3. nu. 81. & ſeq. C. de bon. mater: quæ ſententia longius certè à veritate abeſt, quàm omnes eius auctores à vera feudalium terminorum cognitione abfuerunt: Ad hæc vniuerſam patris hæreditatem filiam repudiaſſe non modo tex. non dicit, verum etiam longè alienum eſt à veriſimili vt maximè

hæreditas æris alieni, magnitudine oppreſſa eſſet, quia & iam tum, & multis antè ſæculis, quàm feudales conſuetudines perſcriptæ eſſent, à Iuſtiniano mille annis poſt duodecimam tab. legem beneficium Inuentarij productum fuerat quo remedio aduerſus omnia hæreditatis incomoda facile tueri ab illiſquè vindicare ſe hæredes poterant, ſicut cauſa non eſſet. Cur delatam ſibi hæreditatem vnde nihil damni plurimũ verò comodi referre poterant, repudiarent; quod in filijs maximè & deſcendentibus vix vnquam ſane accideret ac ne vix quidem. Igitur vt ad ea potius, quæ & frequenter, & facile, quàm ad ea quæ perrarò immò nunquam eueniunt iura aptentur, iuxta l. nam ad ea ff. de leg. omnino intelligendum eſt Obert. ibi de feud. ex pacto & prouidentia, dumtaxat loqui, vt quid poſſit retenta hæreditate allodij repudiari, nam quamuis non poſſit filius paternam hæreditatem recuſare & feudum ex pacto & prouidentia retinere cap. primo an agnat. non tamen è contrario eſt idem quia poteſt filius feudum ex pacto &
28 *prouidentia repudiare, & tamen hæres eſſe patri in allodio vt tenent Bal. num. 7. Aluaror. num. 9. Præpoſ. col. 6. in 5. limit. Affl. num. 24. in d. cap. primo an agnat. & Iacobi in Inueſtit. feud. in verbo itaq. ipſi num. 3. Ceſſat enim ratio d. c. quod ſolum inductum eſt in gratiam & honorem patris ne is iniuria afficiatur; ſi filius retento feudo illius hæreditatem non adiret, idquè gratiæ ſibi pro patrato beneficio, illi referret; & hæc eſt vera ratio, quæ Afflictum fugit loco iam citato vbi nimirum doctus alioqui terminos valdè conturbauit quæq. ſolius feudi hæreditarij propria erant feudo ex pacto, & prouidentia, vel attribuit vel communicauit, qua ratione*
29 *ceſſante quid queſo obſtat filio quo minus feudum repudiare poſſit? Non ſanè pactum primi acquirentis, quod quidem quantum ad acquirentem ipſum attinet ſua morte extinguitur, quantum verò ad filium, & deſcendentes cæteros eatenus ad illos pertinet, quatenus illud acceptent, illoque vti velint; at ſi nolint, nec inuito beneficium datur, nec poteſt liberalitas nolenti quæri, l. hoc iure §. non poteſt ff. de donat. l. inuito de reg. iur. non obſtat prouidentia concedentis, quia cum quot*

ſunt

ſunt perſonæ totidem cenſeantur eſſe donationes vnicuiq. ad vitam factæ l. 3. C. de donat. quæ ſub modo, vt copioſe explicat Camer. in l. Imperialem §. præterea ducatus car. 94. lit. M. cum multis ſequentibus de prohib. feud. alien. per Feder. quemadmodum primo acquirenti integrum fuit feudum non acquirere nec inueſtiri, ita quoque par eſt id ipſum illius deſcendentibus liberum eſſe, quia cum filij (vt auctor eſt Soccin. conſil. 19. lib. 1. quem ſequitur Camer. ſupra citato loco litera N.) non iure ſucceſſorio, & vniuerſali aut pro hærede, ſed proprio iure beneficio dantis in feudum quod à cæteris bo- 30
nis ſeparatur ex propria donatione feudum acquirere dicantur non poteſt (vt iam dixi) ipſis nolentibus, & inuitis acquiri: Quod amplio non modo ſi ſolius accipientis, ſed ſi vtriuſque, & dantis ſcilicet, & accipientis fauor & comodum in inueſtitura vertetur, verum etiam ſi domini fauor vtilitati recipientis præſtet, quia licet filius ſit acquirentis hæres nõ patri, tamẽ in feudo eſt alia perſona iuxta gloſ. in l. 2. §. fin. in verbo ex parte, non longe ab extremo ff. de prætor. ſtipul. tex. & ibi Bald. et alij in l. cum à matre C. de reiuend. Bart. in l. 2. §. item ſi in facto ff. de verb. oblig. nec eiuſmodi obligatio hæredes afficit, qui ab ea pœnitus ſunt excluſi, ſoliq. filij vt filij cæteriq. per manus deſcendentes in ea incluſi ex quo fit vt extremi acquirentis inueſtitura ne ad intereſſe quidem aliquod talis filius domino vt hæres teneatur, tum quia nulla hæredis men- 31
tio in inueſtitura, nec tacitè, nec expreſſè facta eſt vnde ad hæredes inſpectis verbis, ex quibus obligatio oritur quæque maxime inſpicienda ſunt porrigi non poteſt l. ſi ita ſtipulatus fuero § penult. ff. de verb. oblig. Tum maxime quia quod filius, & deſcendentes feudum, ex pacto et prouidentia repudiare poſſint, eſt facultas quæ illis oritur ex ipſa inueſtitura & contractus forma, qui taliter conceptus eſt vt apud quemlibet deſcendentium propria, & ſciuncta ſit donatio, cui quidem id ex iure ineſt, vt non poſſit nolenti acquiri, vnde nullus intereſſe, aut euictioni locus eſſe poteſt ex his quæ Doct. notant in l. lutius ff. de euict. in l. damni infecti ſtipulatio §. 1. ff. de damn. infect. & Rom. conſil. 503. in fin. Hinc illud efficitur,

vt

vt quamuis regulariter fas non ſit feudatario in præiudicium Domini feudum abdicare vbi infeudatio mutuũ commodum, & fauorem reſpicit ſecundum Andr. in 1. rub. in extremo, in c. omnes filij num. 7. ſi de feud. def. milit. contr. fuer. in cap. 1. numero 24. de Capitan. qui Cur. vend. in l. Imperialem numero 22. de probib. feud. alien. per Feder. in conſtit. errores eorum libr. 3. Andr. Tiraq. de retract. proximi §. 34. gloſ. 1. num. 6. Camer. d. l. Imperialem car. 20. litera V.

32 *Tamen vel apud nos, vbi feudum eſt ex pacto, & prouidentia temperari, id ſingulariter debeat in filio primi acquirentis, cœteriſque illius deſcendentibus per manus, vt ſi poſt patris vel alterius agnati mortem in feudo ſuccedere atque à domino inueſtiri nolint, nequaquam ad id compelli poſſint quantum vis primi acquirentis in bonis allodialibus hæredes ſint quantumuis etiam interſit Domini initam inueſtituram obſeruari, & perennem, ac propriam ſibi manere, quia vbi filius in feudo ſuccedere detrectat, non tam dicitur illud repudiare (quod quia nunquam habuit, fortaſſe repudiare quidem poterat l. 1. §. 1. ff. quib. mod. vſuf. amitt. l. ſi ita ſcriptum ſit §. ſi ſub conditione ff. de leg. 2. & l. non videtur de reg. iur.) quam dicitur illud non acquirere, quod citra omnem fraud. ei licuit l. qui autem ff. quæ in frau. cred. & l. 1. §. vtrum ff. ſi quid in fraud. patron. nec intereſſe domini inſpicietur quia non ob id filius feudum recuſat, vt Domino noceat, quod quidem non præſumitur l. fluminum, ſed vt ſibi proſit, quæ vtilitas non ideo remorari debet quod domini damnum, & incomodum, inde emergat l. 1. §. Marcellus ff. de aqua plu. arc. quod etiam ſi per conſequentias contingat non attenditur §. legatarijs inſt. de teſtam. l. 1. ff. de author. tutor. Dominus enim magis deſequeri debet quod eiuſmodi inueſtituram fecerit ex qua hæredes feudatarij, non ligarentur, quam de feudatarij filio, & deſcendentibus, qui ſuo potius, quam Domini commodo ſtuduerint, idquè agere quod in ſuam, quàm in illius rem eſſet maluerint:*

33 *At certè dicat quis contractus & obligatio claudicabit, quia*

ſi Do-

ſi Dominus inueſtituram filijs ſucceſſoribuſque feudatarij
denegare, et infeudationem infirmare voluerit, nequaquam
poterit ſin aut hæredes ipſi ab infeudatione diſcedere volue-
rint, ſeq. à Domino inueſtiri non ſinere omnino poterunt,
quod nimis inconueniens, & abſurdum videtur, quia cum
dominus, & feudatarius ſint corellaria, non debent ad Im-
pariaiudicari, ſed pari iure c. 1. de form. fidel. c. 1. §. in quib.
de conſuet. rec. feu. c. 1. qual. dom. propr. feu. priu. l. 1. C. de
cupreſſ. lib. 11. cum vulgaribus. Reſpon. nihil eſſe, cur ab-
ſurdum, aut mirum cuiquam videatur contractum aliquem
claudicare, & ex vno tantum latere conſtare cùm ſimilis clau
dicatio, & in iure noſtro ciuili habeatur in l. Iulianus § ſi
quis à pupillo ff. de acti. empti. & in feudali apud Andr. in 35
c. 1. §. de manſo. prope finem de controu. inueſt. Tum omnis
culpa ipſi infeudanti attribuenda eſt qui id genus inueſtituræ
fecit vnde hæc filijs facultas oriatur, qua illi cùm vtuntur,
nullã poſſunt videri iniuriam domino facere arg. l. in diem ff.
de aq. pluu. arcen. limito ſi iam ſemel filius elegerit in feudo
ſuccedere, & inueſtituram à Domino acceperit quia ſimul at
que inueſtitura in eius perſona vim habere cœpit, & radices 36
agere non niſi mutua voluntate diſſoluetur, non aliter ac pri-
mus acquirens domino inuito feudum refutare, ac promiſſi ſer
uitij iugum excutere minime poſſet. Quæ omnia rectè ſe ha-
bent, quamuis ſciam quendam magni nominis patronum lon
gè aliter aperte reſpondiſſe, à cuius ego ſententia longiſſimè
abſum. Fecit tamen illius auctoritas, vt ſubtilius cuncta ri-
marer, pleniuſque attingerem. quàm ſuſceptæ diſputationi
fortè par eſſet. Alterum verò quod aſſumpſi nimirum ver-
bum, hæres, nequaquam ab homine in eo tex. expreſſum fuiſſe,
quamuis neceſſario ex his quæ hactenus diximus ſequatur, ta-
men ex ratione quoque quæ in tex. ponitur, quaque deciſio il-
la tota nititur rectè probatur, quia (inquit) vnuſquiſque ſi- 37
bi ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe, ſed verbum videtur,
tacitam voluntatem importat non expreſſam l. item quæri-
tur §. qui impleto ff. locat. l. dolia ff. de contrah. empt. l. non
enim ff. ſolut. matr. & ex his tex. Aret. conſil. 5. primo dub.

Dec.

Digitized by Google

Dec. in cap. de quo vult Deo colum. 5. ſub num. 14. ext. de iudic. Igitur non expreſsè, & nominatim hæredibus proſpectum fuerat, ſed tacitè, & ex ſubinducto intellectu iuris ex l. ſi pactum ff. de probat.

Nec quod verbum illud tàm ad propriam quæ non niſi expreſſa eſſe poteſt, quam ad hæredis cautionem, ſiuè perſpectionem referatur, quicquam refert, quia non eſt in iure nouum vnum iddemque verbum, et propriè ſimul poni, & impropriè glo. in l. 2. ff. de offic. pro conſ. Andr. in c. 1. §. cum autem de contro. inueſt. Dec. in c. 2. col. 4. num. 8. de reſcript. in c. quoniam Abbas in princ. de off. deleg. & ſic falſum omnino eſt aſſeuerare verbum illud hæredes ea in inueſtitura ab homine fuiſſe poſitum, ſed veriſſimum eſt Obert. eſse, id quod eo libentius eſt admittendum, quia alioquin ratio quam tex. affert, & ſuperuacanea redderetur, & inepta. Sit itaque hoc conſtitu-
38 *tum feudum hæreditarium haudquaquam feudali conſuetudini eſſe aſcribendum quippe quod primi Doctor. noſtri ſimul-*
39 *latque verbum hæres ab infeudatoribus inueſtituræ addi cæptum fuit, vſurparunt, quod omne à nobis partim quò facilius res tota perſpiceretur explicandam omnino fuit accuratius, partim verò quod ea tractatio non indigna mihi viſa eſt, in qua huius me feudalis cognitionis ſtudioſum exercerem, & ingenium acuerem meum. Vnde conſequitur, vt*
40 *cum tex. d. c. 1. qui ſucceſſ. teneātur, & cæteri ſupracitati hæredes appellant, (vt nunquam pro filio, & ſucceſſore, ſed pro hærede, propriè, & ſtricte acciperetur) tamen neceſſario ſit intelligeñdum in allodio iux. tex. cap. 1. an agnat. non autem in feudo, vtpotè illo iure tali inueſtituræ formula prorſus incognita, nec dum eò temporis, ſed multo poſt à iuris in-*
41 *terpretibus inuenta. Tertio ſi verum eſſet ex illo ſolo verbo, hæres, probari ibi feudum hæreditarium, ſequeretur vtiquè, vt feudo, ſimpliciter conceſſo nulla hæredis ab homine mentione facta, in dubio ſecundum propriam naturam cenſendum eſſet feudum hæreditarium, & non ex pacto, quia ratio, quare hæreditarium non cenſeatur, illa traditur, quod verbum*
42 *hæres à ſolo iure prolatum, vel ſubintellectum, accipitur pro filio,*

ſilio, & ſucceſſore, non autem pro hærede, ſed tex. iſti, omneſq; ferè in quibus mentio fit de hærede qui viginti quinq; ſunt .ſ. tex. in §. cum verò, & §. ſeq. in 1. rub. in c. 1. §. fin. qui ſucceſſ. ten. in c. 1. §. fin. ſi de inueſt. feu. contr. fuer. in c. 1. §. rurſus, & §. item ſi fuerit quib. mod. feud. amitt. in c. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. in c. 5. qui ſucceſſ. ten. in c. 1. §. 1. ad fin. & §. & ſi clientulus de alien. feu. in c. 1. de feu. Marchiæ in c. 1. §. fin. apud quem, vel quos in c. 1. §. ſi quis miles Imper. Lothar. in c. 1. quib. mod. feud. conſt. pt. in c. 1. §. ſi verò, qualiter olim pot. feu. alien. in c. 1. §. fin. quis dicatur com. vel mar. in c. 1. de grad. ſucceſſ. in c. 1. de inueſt. quam Tit. accepit à Sempr. in c. 1. de vaſſal. decrep. ætat. in c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis in c. 1. de duob. fratr. & Capit. inueſt. in c. 1. §. huius autem generis ex quib. cauſ. feud. amitt. in c. 1. in prin. quæ ſit 1. cauſ. benefic. amitt. in c. 1. §. moribus §. pen. & fin. ſi de feud. def. milit. contr. fuer. in c. 1. §. profectò de l. Corrad. in c. 1. de feud. non haben. propter naturam feud. in c. 1. de eo qui fin. fec. agn. in c. 43
1. §. 1. & fin. de not. feud. omnes in quam hi tex. probarent oppoſitum ſcilicet verbum hæres à iure ſubinductum, vel expreſſum verum in feudo hæredem importare vixquè ex omnibus illarum conſuetudinum capitulis feudum ex pacto, & prouid. dari poſſet, quin feuda omnia de quib. ibi procul dubio eſſent hæreditaria, vt optime probaret tex. in c. 1. §. profectò de leg. Corrad. vbi Obert. inueſtituræ exemplum generaliter, nobis proponens, vt ſi (inquit) habeat ſibi ſuiſq; hæredibus, non debet dare, vt habeat, ipſe & ſui hæredes maſculi, & fœminæ.

Quod ſi ineptè peruerſas in eo, vt affirmes verbum hæres pro vero, & proprio hærede accipiendum eſſe, quæro á tè vbinam feudalis iuris feudum ex pacto, & prouidentia probari poterit, vnde nam illius inueſtituræ perſpicuum aliquod exemplũ capiemus? Quid? quod ipſum feudũ hæreditariũ prorſus rectum eſſet non autem conditionatũ, vt nos Camer. et omnes docent, quippe quod propria feudi natura eſſet præditum c. 1. de feud. non hab. propter nat. feud. quo in tex. cum ſola illa adiectio, (& cui dederis) efficiat, vt feudum propria feudi natura 44

carere cenſeatur, perſpicuè intelligitur feudum alicui, & hæredibus abſq; alia adiectione ſimpliciterq; conceſſum propriam feudi naturam continere: Ad hanc autem iuris diſpoſitionem, et ſignificationem feuda dantes, & recipiẽtes præſumeretur in dubio ſe conformare, & ſic falſum eſſet ſententia ſupra relata, quæ tamen communis, & vera eſt, & eam in omnibus, præterquam in feudo empto ſequor, verum eſt enim omne feudum
45 *emptum eſſe hæreditarium. Ex quibus hactenus conſtare puto ex verbo, hæres minime probari poſſe, feudum in illis tex. eſſe hæreditarium. Tum autem, (& hæc eſt altera principalis ratio) multò id minus ab effectu probabitur, ex eo ſ. quod ſucceſſor laici teneatur, vt hæres, quia inepta eſt conſequẽtia quam Doctor. ad id probandum inde ſumunt, filius (inquiunt,) vt hæres tenetur, ergo feudum eſt hæreditarium, quia etiã in feudo ex pacto, & prouidentia non poteſt filius paternam hæreditatem repudiare, & niſi inuentarium cõficiat ad omnia paterna onera tenebitur, vt cumq; feudum non ſit hæreditarium, d. c. 1. vbi Andr. & ſcrib. not. an agnat.*

Quòd n. in ſucceſſore prælati, ſecus ſit non ex eo id oritur ꝙ non ſit hæres, ſed ex alio certè manat, vt poſt dicam. Nec ergo eſt, vt illud vulgare aduerſetur, ꝙ forſan ab argutiolis obijci poſſet nimirũ vno præſuppoſito, cætera omnia habilia cenſeri, l. qui teſtamẽto ff. de teſtam. Dec. in c. cum omnes lectu. 2. Non longe á principio in c. quæ in Eccleſiarũ in princ. de conſtit. in c. 1. col. 8. ꝑpe fin. de iud. cõſ. 6 1 0. n. 4. & ſic appellãdo tex. hæredes eoſdemq; de defuncti facto obligari affirmando velut antecedens neceſſarium præſupponat feudum illud hæreditarium eſſe quia hoc, (vt dixi) nõ ſequitur neceſſario poſſet. n. quis in cœteris bonis feudatario hæres exiſtere, ꝑ indeq; teneri illius facta, & ꝑmiſſa omnia ꝑ̃ſtare, & tñ feudũ non eſſe hæreditariũ, nec ꝑbat hoc eſſe ꝙ ab hoc cõtigit abeſſe l. neq; natales C. de ꝑbat. & data inſtãtia argumentũ tollitur 1. q. 1. c. ſicuti iuri. Tũ id vr
46 *geret vbi ex alijs ſaltẽ iuribus ꝑbari poſſet feudũ, natura hæreditariũ olim fuiſſe cognitũ, & à feudali cõſuetudine introductũ id ꝙ nuſquã iuris ꝑbabitur, quia nullus eſt in iure tex. in quo feudũ hæreditariũ vocetur, aut de tali ĩueſtituræ formulæ*

mentio

mentio fiat, ergo eſt impoſſibile, ex illo ſolo id feudi quod tunc nullum prorſus erat ſignificari. Poſtremo id ipſum hac ratione non mediocriter confirmari poteſt, quia dum tex. ſeruientis feudi inueſtituræ meminit ideſt eius quam facit dominus de feudo vacaturo nulla omnino mentio ſit de hærede, ſed tantum dicitur ſi quis inueſtitus, & ſic nihil addendo literæ, nec vltra requirendo, quàm ipſa requirit ex præcepto Sceuolæ in l. Gallus §. videndum ff. delib. & poſth. negari non poteſt quin, tex. dum loquitur de hac inueſtitura, propriè loquatur de inueſtitura quæ conuenit feudo recto, & ex pacto, non autem conditionato, & hæreditario, quomodo ergo quadrare poterit ſenſui, & intellectui cuiuſquam benè organizati, & ſubtiliter intuentis, ſecundum quem iura ponderantur, 47
vt verbis vtar Ant. de Butr. in c. inter corporalia colum. 5. de transl. Epiſcopor. vt inueſtiens Dominus, et inueſtituræ formula vti voluerit quæ à propria inueſtitura diſcreparet, quaque feudum ſeruiens fieret ex pacto, & prouidentia ſi ſui feudi inueſtitura concepta fuiſſet pro ſe, & hæredibus, ac feudum dominans eſſet hæreditarium? cum turpis ſit pars quæ ſuo non congruit vniuerſo, & membra debent capiti conuenire c. vlt. de ſponſat. duor. c. quo iure 8. diſtinct. in c. 1. col. 3. in princip. de controu. inueſt. c. 1. col. 2. de contr. inter maſcul. & fœmin. de benefic. Loffred. in conſil. 1. num. 55. quin veriſimilius omnino eſt, dominantis feud. inueſtituram talem per omnia fuiſſe, qualem Obert. ſeruientis feudi inueſtituram eſſe nobis indicat, recti ſcilicet & ex pacto, non autem conditionati, & hæreditarij, & ſic cum tex. de hærede mentionem facit, quamuis pro hærede ipſo, non autem pro filio, & ſucceſſore acciperetur, tamen vt iam dixi intelligendum eſt, & exponendum in allodio, non (vt vulgò male ſentiunt) in feudo ex quibus apertè, et (vt puto) veriſſime concludo, tex. illos 48
proprie loqui de feudo ex pacto, & prouidentia non autem de hæreditario valdeq; illos aberraſſe, dico, qui contrarium docuerunt, & ſcripſerunt quantumuis licet excelluerint, & ſummi viri, maximæquè fuerint, auctoritatis, qui tamen & homines fuerunt, & vt humani falli potuerunt ex quo illud 49

Platonis admodum ſcitum eſt; non auctoritate dicentis, aut
multitudine, ſed ratione id quod rectum eſt iudicandum opor-
tere;; Cæterum non ex hos omni nos contentione extricaui-
mus, quia adhuc multum laboris ſupereſt. Obſtat enim for-
titer, quod licet verum ſit, vt eſt veriſſimum tex. illos loqui de
feudo ex pacto, attamen loqui videntur eo caſu, quo filius eſt
hæres in allodio, quia in illis paſſim, & vbique dicitur hæres
laici, & hæredes laici, quod verbum vt non probat feudum
hæreditarium, probare tamen videtur ſuccedentem hæredem,
itaque ſi ex facto contingat filium, vel agnatum hæredem non
eſſe velut deficiente illa qualitate, & finali periſtaſi, illorum
tex. conſequens eſt ipſam quoque diſpoſitionem ceſſare, & de-
ficere, proinde non teneri ſucceſſorem non hæredem talem in-
ueſtituram ratam facere, ſed hoc caſu, quod in clerico eſt, &
in laico id quoque probari, cum nulla diuerſitatis ratio inter
vnum, et alterum adferri poſſit, ſi Andr. credimus qui ita
aperte decidit in d. c. 1. in extremo qui ſucceſſ. ten. cuius ſenten
tiam feudiſtæ omnes probant, non tàm ratione aliqua, quàm
ipſi afferant, quam ſola Iſerniæ pluſquam Pitagoricæ apud
noſtros homines auctoritate, ſed vt ſunt errores, facile alij ex
50 *alijs nectuntur, ac vnus in alium præcipitat, vt quæ ſemel*
malè ponuntur initia; ſic quoquè cætera peiora ſequuntur,
vſque adeo in omni genere doctrinæ periculoſiſſimus eſt error
in principijs.

Dico igitur hunc intellectum, atque hoc illatum, quod ex ſenten-
tia quam proximè confutauimus deſcendit magis erroneum,
& abſurdius eſſe quam primum. Neque enim illi verbulò
magis, quàm ſpiritui, & menti, tex. inherendum erat, vt
51 *præcipit iure conſ. in l. ſcire leges ff. de leg. in l. & in omnibus*
de reg. iur. Hinc illorum craſſities, qui præcisè literæ inni-
tuntur, non habita ratione æquitatis, & veriſimilis mentis
tanquam ſuperſtitio Iudaica improbatur ab Acurſ. in l.
damni in fecti p.° §. ſi is qui incipias in verbo aliquos ff. de
damn. inf. & meritò quia non oportet ius ciuile calumniari,
neque verba eius captare, ſed qua mente, quid dicatur ani-
maduertere ait Paul. in l. pen. ff. ad exiben. tex. in l. 2. §.

tracta,

tractari ad Tertul. in l. 1. de reg. Caton. Cuius præcepti dum DD. hic vel caſu, vel conſilio non recordantur, videre eſt, vnius verbi controuerſiam ipſis, vel doctiſſimis, & in iure ciuili familiam ducentibus, non parui erroris anſam præbuiſſe, eoſdemque tandiu torſiſſe, & vexaſſe, quæ controuerſia torquere ſolum Greculos homines contentionis cupidiores, quàm veritatis conſueuit? Quid? nonne præſtat interdum verba ipſa legem prorſus negligere, quàm illorum gratia, quicquam iniquum, vel ineptum effundere? non enim tex. legum trahendi, ſunt ad ſophiſticam eo prætextu ne (vt ex præſcripto Magico) verbum vllum ſine nouo effectu operandi, non hac mente ſcripſit Vlpianus quanquam ſcientiſſimus eleganter ait gloſ. in l. 1. §. 1. num. 1. ff. de verb. oblig. ne dum vnus Obert. ad tam magnum, tanque nobilem iureconſultum ſic enim eum appellat Herenn. in l. 11. §. fin. (& nobiliſſimum Modeſtinus in l. 4. in fin. ff. de excuſ. tut.

Quare nos omni ſuperſtitione, & contentione depoſita, ſenſumque potius ac mentem legum, quam verborum corticem, & inanem formulam, quo ad eius fieri poterit amplectentes, vt Bal. eſſe illo tex. faciendum præcipit in l. 3. §. ſi quis quaſi ſtatu liber ff. de condit. cauſ. dat. & in ſimili Pompon. in l. ſed Celſus §. ſi fundus ff. de contrah. empt. conſtanter dicimus verbum illud hæres, vt ſimpliciter, & abſolute hæredem, in 52
patrimonio deſignaret, quod an verum ſit poſt intelligetur, non tamen eam vim habere neque eo conſilio ab Obert. eſſe poſitum; vt in eo finalis ratio, ac tota illa epitaſis conſtituatur, cum & ex contextu, & ex hipoteſi illorum textuum apertè liqueat deciſionem illam non in eo fundari, quod ſuccedens in feudo inueſtienti hæres exiſtat, aut omnino non exiſtat, vt primo caſu ſuccedens teneatur, altero non, ſed ſoli va- 53
liditati, & inualiditati actus innituntur, vt in laico, quia actus, & inueſtitura ſimul ac ab eo facta eſt, valet c. ſi quis inueſtienti de feu. dat. in vim leg. comm. c. moribus in primo reſpon. ſi de feud. def. mil. contro. fuerit Affl. deciſ. 292. Cagnol. in l. fin. num. 133. C. de pact. Iacob. de S. Geor. in inueſtituram verbo inueſtiui talem num. 12. propterea eius ſucceſſor

illam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

illam perficere, & explere feudatario vita functo, & ſic die aduueniente teneatur. In Prælato verò, quia inueſtitura, eo non dum feudo ſibi aperto decedente iam tum ab ea irrita, nullius roboris, & momenti eſt, vt probat idem tex. qui cauillari nequit in dicto c. moribus ibi, ſecus eſt Eccleſiaſticis perſonis, nam ſi Eccleſiaſtica perſona, talem faciat inueſtituram non aliter valebit, niſi ſibi, non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur, quod & Bal. affirmat in d. 1. c. num. 4. 6. & d. c. ſi quis inueſtitus ſub num. 2. verſ. 3. nota. cui conſentit, idque planius explicat Aluarot. in d. c. 1. col. 2. verſ. not. ex iſto tex. caſum, & Præpoſ. col. 2. in 4. not. qui ſucceſſ. tenean. propterea ſucceſſor in beneficio illam exequi die mortis feudatarij veniente non cogatur.

Itaque ex tex. d. c. moribus intelligendus, ſupplenduſquè tex. eſt in c. 1. de cler. qui inueſt. feu. ibi ſedſi ſub tempore, vel conditione, quoque feud. ſibi aperiatur valebit inueſtitura, & ſine voluntate vaſſalli, &c. Id eſt valebit, ſi ſibi non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur, ſic vt ante vnius conditionis implementum irrita, & nulla ſit iux. tex. d. c. moribus non tamen omnino propter implementi ſpen quam habet ſi quo ad concedens viuit, & non vltra conditionem purificari contingeret, vt de contractu feudali ex Andr. & alijs ſcriptum reliquit Camer. in l. Imperialem car. 87. litera M. & ſeq. & car. 89. litera R. & ſeq. de proh. feud. alie. per Feder. quam interpretationem, per ſe iuſtam, ratio quoque tollendæ repugnantiæ plurimum adiuuat c. inter dilectos §. cœterum de fid. inſtr. alioquin tex. iſti apertam antinomiam continerent, nulliquè non cognitum eſt par eſſe atque adeo oportere, iura iuribus conciliare vnamquè legem ex alia ſupplere, & declarare l. quæſitum ff. de teſtib. Ratio autem vtriuſquè dicti euidens eſt. Primi quidem, quia non debet, quod ritè, et ſecun-
54 *dum leges ab initio actum eſt, morte vel alio euentu infirmari, & corrumpi l. 1. § fin. & l. 2. ff. de itin. actuq. priu. l. Sancimus C. de admin. tutor. Secundi verò, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum, et ꝗ ab initio non conſtitit, non poteſt tractu temporis conualeſcere l. quod ab initio ff. de reg. iur.*

l. 1.

l. 1. §. fin. ff. commod. & quamuis regula hæc in prælati inueſtitura de qua loquimur propria quadam ratione perpetua non ſit, vt poſt Bal. (declarat Aluarot loco iam citato,) ac hæres, multoquè minus ſucceſſor ex actu defuncti, & inualiditatis, & ſolam, & finalem eſſe illorum tex. decidendi rationem probo primo, quia aut dicimus, laicum inueſtituram de viuentis feudo in diem poſſidentis obitus poſſe conficere, & hunc, tametſi poſt inueſtitoris mortem dies veniat à iure ſuſtineri, & conſiſtere, aut contra ſi valet, & conſiſtit, non ne ridiculum eſt arbitrari, propterea ſucceſſorem in feudo illam ratam, facere teneri, quod concedentis ſit hæres, in allodio? quando (quod eſt veriſſimum) omnia quæ in feudo legitimè contracta ſunt, quæquè in vita feudatarij non terminantur, ſed à iure vltra vitæ mætas proferuntur, tranſeant cum ipſo feudo, illudque comitentur, in quemcumque tranſeant ſiue is hæres morientis, domini ſiue dumtaxat ſucceſſor ſit, prorſus ceſſante regula l. lex vectigalis ff. de pignor. c. rurſus quib. 55
mod. feud. amitt. & ſimilium cui regulæ locus non eſt vbi actus, ſit permiſſu, aut legis, quemadmodum hic eſt, de quo tractamus, aut hominis qui quantum ad hoc legi æquiparatur Bal. in l. 1. C. ſi pig. dat. ſit quem Ang & Salyc. ibi, & Neguſ. in trac. pign 3. memb. 2. par. num. 13. ſequuntur.

Porrò deciſionem illam Bal. minimè vidit Camer. dum in d. l. Imperialem car. 7. litera F. & ſeq. negat poſſe argumentum ſumi à conſenſu hominis ad conſilium legis, aut contra, propte- 56
rea quod lex, conſentit propter vnum homo autem conſentit propter duo, vt ipſe ibi explicat, ſed (vt cumque ſibi blandiatur) vtrumque magis eſt Sophiſticum quam verum. Primum enim non poſſe ſcilicet de vno conſenſu ad alterum argumentari ſatis refutatur ex l. Sancimus C. de reb. alien. non alienand. ex l. fin. C. de fideiuſ. ex Andr. in cap. 1. colum. 3. prope medium. Qui ſucceſſ. ten. in c. 1. §. de manſo col. 1. in extremo de controu. inueſt. in conſtit. violentias colum. 3. in princ. Nec tamen me fallit non eſſe hoc perpetuum, vt ex cod. Andr. intelligitur in proem. conſt. col. 5. & ſeq. in c. 1. ſub nu. 3. de feud. dat. in vim leg. com. ſed ſatis eſt hoc eſſe regulare

neque nos loqui in caſibus exceptis. Alterum verò, nimirum legem conſentire propter vnum, hominē vero propter duo, abeſt longiſſime à vero, quippe cum aſſentiendo non plenius homo prouidet, quam lex, ſed ambo æque, ac præterquam, quod Camer. eam differentiam lege non probat, poteſt tamen illa in numeris exemplis, improbari, ex quibus duo interim propoſuiſſe contentus ero exemplo Iuliam in l. ſi ita vulneratus §. pen. ff. ad l. aquil. vnum ex iure ciuili, alterum ex feudalibus conſuetudinibus depromptum, ecce enim bona reſtitutioni ſubiecta, & fideicommiſſo obligata, quæ non poterant alienari permiſit, lex vt vel in cauſam dotis alienari poſſint auth. res quæ c. comm. de leg. vel pro redemptione hæredis nulla ſua culpa ab hoſtibus vel prædonibus capti, Dec. in c. qui in Eccleſiarum col. fin. ad med. verſ. 7. caſus de conſtit. & tamen quid tantopere ridendum eſſet, quàm contendere, vel opinari alienationem in altero illorum caſuum contractam minus perpetuam minuſquè firmam eſſe, quam ſi ab ipſo teſtatore facultas alienandi data eſſet?

Rurſus, (& hoc eſt alterum exemplum) feudales conſuetudines
57 Regnique Conſtitutiones omnem alienationem feudi interdixerunt eædem tamen feudalium bonorum, quæ ſubinfeudari conſueta ſunt conceſſionem, & ipſius quoque feudi pignorationem in aliquibus caſibus permiſerunt, de quibus Andr. in c. 1. §. quid ergo de inueſt. de re. ali. fac. in conſt. ſi quis poſt litem, & in conſt. in aliquibus, ſed quis nam quæſo affimaret vnquam pignus in altero ex illis caſibus contractum ad concedentis, vel pignorantis dumtaxat vitam coartari, poſt verò illorum mortem expirare cum veriſſimum ſit conceſſionem quidem perpetuo manere c. 1. de cler. qui inueſt. fec. d. conſt. diuæ memor. §. fin. Camer. d. l. Imperialem car. 7. litera P. verſ. aut, & ſecundo, & car. 72. lit. I. verſ. concludamus pignus verò vſquè adeo creditori ſatiſfiat ſiue feudum ſit hæreditarium, ſiue ex pacto ſecundum Andr. in d. conſt. ſi quis poſt litem, & conſt. in aliquibus col. 7. in princ. ex quibus facile
58 cognoſci poteſt, quòd vbicumque lex actum gerere permittit, actus ille ex legis poteſtate celebratus, æquè eſt perpetuus

atque

*atque ſi hominis permiſſu ac voluntate factus eſſet niſi mani-
feſte conſtet legem aut hominem arctare illum voluiſſe vltra
procedendo, idqué nominatim diſponendo, vt in l. peto §. præ-
dium ff. de leg. 2 in c. 1. §. fi. ſi de inueſt. feu. cont. ſit inter dom.
& agn. in c. 1 §. rurſus quib. mod. feud. amitt. in c. 1. §. ſi vero
qualiter olim poter. feud. alien. qui feudales tex. plurimum ne-
gotij exhibuerunt Iſern. in d. c. col. 3. qui ſucceſſ. ten. Camer.
loco iam citato, ſed certè ita accepti, & in hac ratione conſti-
tuti, & fundati, per quam facile excludi poterant, & vero ni-
hil obſtant. Cœterum legis aut hominis voluntas in dubio li-
mitata non præſumitur, quin valeat actus, quo fortius, &
magis, valere poteſt, l. Iuriſgentium §. quod ferè ff. de pac. &
quin indefinitus potius, quàm terminatus l. 1. §. et generaliter
ff. de leg. præſtan. & perpetuus magis ſit, quàm temporarius
l. ſufficit ff. de cond. indeb. Dec. conſ. 204. in fin. conſ. 472.
num. 21. Gloſ. Pariſ. tit. 2. §. 57. num. 21. Tiraq. de retract.
conuent. §. 1. gloſ. vnica num. 39. Capic. deciſ. 116. Dices tu,
nil ergo aſſenſus hominis ſupra aſſenſum legis operabitur.
Reſpondeo, aut actus qui ſit, penitus à lege eſt prohibitus, &
cum actus ſit nullus, nihil prorſus efficit voluntas hominis l.
non dubium c. de leg. Aut verò (quod exempli vim habere vo-
lo) actus alienationis (vt in feudo) eſt prohibitus, ſed lex ho- 59
minis conſenſu accedente illum ſuſtinet, & tunc hominis vo-
luntas totum facit, cum ipſe ſit qui dare videatur l. lege obue-
nire ff. de verb. ſignif. rectè autem dixi videatur, quia verè,
& regulariter qui confirmat, non dat gloſ. in l. & quia ff. de
iuriſd. omn. iud. Iſer. in conſt. cũ circa non procul à fine verſ.
licet. n. lib. 1. ac ſimpliciter aſſentiendo illa rõe ſibi piudiciũ oĩo
infert (ꝙ hic dico oĩo intellige, & tẽpera) quia voluntas ſua
non præſumitur arctata, & ſibi non proſpexit cum potuerit,
quare in omnẽ cauſſam aſſenſiſſe vr̃ quæ ex contractu, cui cõ-
ſenſus ſuus eſt, adhibitus, deſcẽdit arg. l. ſi ſeruũ §. nunc videa
mus in fi. ff. de verb. obli. l. ſi quis pro eo §. ſi nũmos ff. de fideiuſ.
quia aſſenſus regulatur à contractu, & recipit oẽs qualita-
tes, conditiones, extenſiones, & limitationes quas recipit, & 60
continet contractus, ita quidem, vt aſſenſus ab actu, non*

actus ab aſſenſu, reguletur ait Camer. in l. Imperialem car. 25. litera F. de prohib. ſeu. alien. per Fed. cui ſententiæ, ſuffragatur quod per manus traditur de iuramento, vt intelli-
61 *gatur pro natura actus ſuper quo adijcitur totumquè ab illo pendeat, & reguletur tex. in l. fin. C. de non num. pec. Dec. conſ. 240. ad fin. 493. & 600. Atq; in contractu emptionis inter cætera; & illud eſt, vt is qui emit, ſibi ſuiſquè hæredibus videatur acquirere, ſiue ad expreſſim agat, ſiue tacite ex l. ſi pactum ff. de probat. Igitur aſſenſus quoque domini, qui totus*
62 *à contractu moderatur, & illi recumbit in hoc ipſo contractum ſcienter approbare, & emptoris hæredibus proſpicere videtur, & conſequenter dominnus, vel tacitè ſuum ius remittere niſi excipiat, vel emptorem certè decipere niſi obſeruet, unde vel ipſo iure, vel doli exceptione à vendicatione feudi excluderetur, & hæc eſt vera, breuis, & lucida ratio, illius quæſtionis quàm Andr. excitat, & ſupra quam neceſſe ſit illius tractationem longius producit in d. c. 1. col. 3. 4 & 5. qui ſucc.*
63 *teneant. Aut denique actus pure ſimpliciterquè eſt permiſſus, & tunc nullo hominis aſſenſu, ad illius firmitatem diuturnitatemque opus eſt, quippe qui ſimulatque initus, & factus, eſt vim ſuam habet: Quod ſi hominis conſenſus ad cautelam, vt vulgo dicitur illi accedat iuxta notata per Luc. in l. ſi quos C. de decur. lib. x. talis conſenſus non ampliabit actum, ſed plus roboris adiunget actui, arctioremque, & efficaciorem illum reddet, quemadmodum ſtipulatio, in contractu, & in ſtipulatione iuramentum, et Imo: Paul. et Alex. not. in l. miles §. decem ff. de re iud. in l. ſtipulatio ff. de vſur. Dec. in c. 1. col. 17. in prin. ver. 3. et vltimo extra de iud. Etenim quod ait Camer. non præſumi legem 3. præiudicium inferre velle, verum id quidem eſt, ſed noſtræ huic ſententiæ non æduerſatur; nec enim cuiquam lex officere videtur ſi legem feudo ſtatuit q quiſq; ſeruet ad cuius normam, & præceptum, tum dantis, tũ accipientis feuda ſuam voluntatẽ accommodare (niſi in infeu-*
64 *datione apertè quid excipiant) cenſetur, idque ſolum intelligit et hoc eſt ꝙ dicitur, verba ciuili modo eſſe acquirenda in l. ſi cui ff. de ſeruit. teſte And. in d. c. 1. col. 4. non procul à princ.*

qui

qui ſucceſſ. tenean. Quod ſi lex prohibendo nulli nocere dicitur, ac illius prohibitio durat in infinitum, nulla, ratio eſt cur, permittendo cuiquam nocere dici poſſit, eiuſquè permiſſionem minus ſtabilem, & pertmnem eſſe, quam ſit prohibitio. Quæ cum ita ſint, vehementer me vereri faciunt, an verum ſit, quod Iſer. ſcriptum reliquit, in c. 1. §. ſed & res ſub nu. 3. per quos fiat inueſt. & fortaſſe ſi id in ratione ſubtilius pendatur, & ad diligentiam legum reuocetur, longe verius eſt infeudationem ſincerè bona fide, & ſine fraude factam etiam in feudo ex pacto, & prouidentia, & in præiudicium non hæredis agnati ratam eſſe, quam (vt Andr. cenſuit) in vita dumtaxat concedentis firmam, poſt illius mortem irritari, quia actus eſt legitimus, & à iure permiſſus neq; ad infeudantis vitam limitatus, & proinde perpetuus, nec fraus, aut iniuria ſit ſucceſſori, cui id omne reſtituitur quod lex, & homo alienari, aut quoquomodo in alium transferri noluerunt hactenus ſcilicet quatenus ei ſupereſt, quod alteri poſſe concedi ſtatuerunt cum enim, & alienandi feudi probitio, illiuſq, vel filio, vel proximiori agnato reſtituendi obligatio, & poteſtas eiuſdem ſincere, & bona fide partem ſub infeudandi eodem feudalis legis, & conſuetudinis fonte deriuentur iniquum eſt, nec oportet Agnato ſuccedenti hoc indulgere, ex parte quatenus feudum alienare, prohibet, ac reſtitutioni poſſidentem obligat legem collaudare, ex parte quatenus ſubinfeudandi poteſtatem tribuit, tanquam de iniqua queri, in illo conſtantem, & perpetuam legem eſſe velle, in hoc vero volubilem, & temporalem. Cum itaquè actus legitimus, qui ſcilicet legis permiſſu, & voluntate fit non minus ratus atque firmus ſit, & in infinito ſtabilis, quam is qui hominis aſſenſu factus eſt, ac inueſtitura de qua non diſceptamus ſit huiuſmodi. Quorſum nã, quidue (quæſo) deſeruit hæredem quoq; ſucceſſorẽ eſſe. Immo (ſi verũ amamus) prorſum impertinens & extraneũ eſt. Aut vero dicimus talem inueſtiturã non valere, & tunc quia actus nullus eſt ne hæres quidẽ illo obligatur, quia hæres non aſtringitur actum defuncti nullũ & inualidum, & in vita non adſolutum confirmare

author. Iſern. in l. Imperialem col. 7. in 1. add. de probib. feud. alien. per Feder. inc. 1. col. pen. prope num. 9. qual. olim pot. feud. alien. Bar. in l. lutius ff. ſol. matri. Bal. in l. 1. col. 3. poſt principium c. de inoff. donat. Loffred. conſ. 10. num. 24. & cœteri coaceruati ab Arrio. Pinell. Luſitano in l. 1. par. 3. ſub num. 84. limit. 10. C. de bon. mater. ad quod ego tex. affero rotundum in d. cap. ſi quis inueſtitus
66 qui ſucceſſ. ten. quo deciditur inueſtituram de uiuentis feudo etiam à laico pure factam non valere. proindè nec hæredem ex illa obligari. Igitur ſola actus validitas, & inualiditas ſpectatur non autem num ſucceſſor hæres ſit an ſecus. Ad quod ipſum in allodialibus, & ſic infortioribus expendo tex. non cauillando, neque corrumpendo, in l. ſi ego §. ſed & res ff. de iur. dot. vbi quia donatio illa ſub conditione facta fuerat, & conſequenter in vita donatoris non perfecta, neque abſoluta, ne hæres quidem ex illa obligatur quamuis ibi contrarium, quod benignius eſt, præcipuo fauore dotis ſtatuatur. Dixerit aliquis hoc ipſum iura illa decidunt, vt quamuis regulariter inueſtitura morte inueſtientis terminetur, finiatur, atque annulletur, ſi tamen ſucceſſor in feudo, inueſtienti hæres exiſtat, obſtringatur quidem illam confirmare. Reſpond. leges ſtatuta, & conſuetudines, ad bonum, & æquum eſſe reuocandas, itaque interpretandas etiam ſi opus
67 ſit verba, earum diſpoſitiua reſtringendo, vel impropriando, vt non contineant aliquid iniquum, vel abſurdum l. ſcire oportet §. aliud ff. de excuſ. tut. l. nam abſurdum ff. de bon. liber. quia iura ciuili modo interpretanda ſunt l. ſi cui ff. deſeruit. & taliter eorum dicta temperanda, vt non poſſint à ſapiente reprehendi, inquit Iulian. in l. Saluius ff. de leg. præſtan. Sed quid quæſo abſurdius, quid iniquius, aut iniuſtius quam teneri hæredem ex facto defuncti nullo, & inua-
68 lido, præſertim in exorbitantibus, & odioſis, & eiuſmodi eſt inueſtitura, qua & mors ceptatur contra l. fin C. de pact. quæque, (vt Andr. ait d. c. moribus) triſtiſſimos euentus afferre ſolet? cum alioquin regulariter, vel in fauorabilibus ſi actus nullus ſit non obligetur, profecto nulla recta ratio

afferri

afferri poteſt quare ſtatui hoc iniqui iuris debuiſſet. Quod ſi vnum iniquiſſimè ſtatuitur, nimirum vt contra bonos mores, valeat de viuentis feudo facta inueſtitura, quod merito damnat, ac improbum eſſe exiſtimat Iulianus in l. 2. §. interdum ff. de vulg. & pupill. Et Vlpian. in l. 1. §. ſi impuberi in extremo, ff. de colla. bon. debet id quidem ſatis eſſe neque inſuper eiuſmodi intellectum nos appingere, quo aliud iniquius addatur quin iniquitates, & abſurditates non ſunt multiplicandæ, ſed ſecandæ, vt per gloſ. vlt. in c. propterea extra de verb. ſign. Io. And. in add. Specul. de inſtrum. edit. §. 16. verſ. fecerit. Quod ſi rurſus dicatur actum, & inueſtituram valere, & conſiſtere, ſed non niſi hæredem ex illa obligari. Reſp. ſatiſſuperque hanc obiectionem refutatam, à nobis eſſe ſupra nunc verò etiam hoc addimus, non poſſe hunc intellectum illis tex. vlla ratione congruere, nec adaptari, quin ita intelligendo, tum ridicula, & omnis rationis expers illorum diſpoſitio redderetur, tum quatenus hæredem obligari præciperent nullam haberent dubitationem contra l. labeo ff. de ſuppell. leg.

Quis enim niſi prorſus ſtupidus, & imperitus dubitaret, quin hæres ex actu defuncti valido ligetur. Probo ſecundo nam ſi ſucceſſor hac ratione teneretur, præteriti domini inueſtituram confirmare, quia illius in allodio eſt hæres, ſequeretur vtique, vt facta inueſtitura à Prælato, eodemquè paulo poſt, feudo non dum aperto vita functo, ſi ex facto contingeret, (vt plerumque euenit) eundem, & ſucceſſorem in prælatura, & de mortui in patrimonio, hæredem eſſe, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, puta quia illius frater aut nepos ſit, teneri quidem factam ab illo inueſtituram die mortis feudatarij adueniente ratam facere, quæ ſententia multum aliena eſt à veritate, igitur teneri ſucceſſorem, aut non teneri, non ex eo deſcendit, quod mortui, inueſtioris ſit hæres, vel non hæres; ſed ex eo, quia actus vel validus, vel nullus eſt. Porrò quemadmodum eo caſu, quo irrita eſt inueſtitura non diſtinguitur, vtrum ſucceſſor hæres ſit an ſecus, ſed prorſus ac indiſtinctè non tenetur; ita ex contrario vbi valida eſt, & conſiſt it

ſiſtit ne tunc quidem diſtinguendum eſt, ſed ex illa omnino, & indiſtincte obligatur ex vulgata reg. contrariorum l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig. l. fin. ff. de leg. 3. l. & contra ff. de vulg. & pupill. Probo id ipſum tertio, quia dubitandi ratio in illis tex. non ex hoc oriebatur ſi ſucceſſor inueſtienti hæres exiſteret, vel ſi feudum eſſet hæreditarium, aut ex pacto, ſed ex l. fin. C. de pact. Sanè quæſtionis erat vtrum ſicuti iure feudorum infeudatio ſincere & bona fide omni
69 caſu fieri poterat, tam in feudis hæreditarijs, quàm ex pacto, vt probat tex. in c. 1. §. ſed & res per quos fiat inueſt. ibi feudum tamen cuilibet dare poteſt, niſi fiat in fraudem noſtræ conſuetudinis, & in c. 1. §. ſi vero ibi quod & ipſum ſincere hodie & ſine fraude licet ei facere, qual. olim pot. feud. alien. quæ infeudatio etiam domino inueſtiente mortuo non expirabat, nec fas erat ſucceſſori, illam firmare parato feudatario illi ſeruire Andr. in c. 1. §. de manſo ſub num. 15. de controuerſ. inueſt. c. 1. col. 12. num. 29. quib. mod. feud. amitt. c. 1. col. 1. ſub nu. 2. verſ. ſed tum quando qual. olim feu. pot. alien. c. 1. ſub num. 33. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. c. 1. §. præterea in addi. de cap. Corrad. An inquam ita quoq; fieri poſſet de feudo viuentis obſtante reg. d. l. fin. & reſpondet Obert. ampliando illam ex iure communi infeudandi poteſtatem etiam in viuentis feudo, ſub diſtingue tamen inter prælatum, & laicum de qua in tex. & ſic præcipuus horum textuum veluti ſcopus eſt an valeat, vel non valeat inueſtitura, quo ad inueſtientem dumtaxat, & inueſtitura propter diſpoſitionem d. l. fin. in quo vno, & quæſtio formatur, & deciſio quæſtionis vertitur, non autem quoad ſuccedentem domino in feudo, quia quantum ad illum habemus diſpoſitionē aliorum textuum (in quibus hoc omne relinquitur) decidentium inueſtituram à Domino factam morte non extingui, ſed etiam ſucceſſorem ſequi, modo (vt iam dixi) ſincere & bona fide facta ſit, & feudatarius ſeruire non deneget, quod hic non negatur, ſed per alia iura præſupponitur quorum iurium diſpoſitio generaliter quidem in hoc tex. locum ſibi vendicat, ita ut omnes illorum qualitates in hoc translatæ,

atque

atque transfuſæ eſſe cenſeātur lex enim vel ſtatutum addens alteri, recipit omnes qualitates eius cui addit Dec. in c. pru- 70
dentiam §. 1. in princ. de off. deleg. quemadmodum, & lex interpretans locum in omnibus caſibus in quibus locum ſibi vendicat lex interpretata Andr. in c. 1. col. 3. ad med. verſ. vnde interpretans de contro. inueſt. in conſt. violentias col. fin. ad fin. verb. videtur veritas in conſt. cum circa col. 2. circa fin. & in conſt. quam plurimum col. 1. ad med. Arct. conſ. 14. col. 2. ad fin. conſil. 59. col. fin. ad finem.

Igitur ſicuti ante hunc tex. omnino licebat inueſtituram ſincere, & bona fide facere, nec morte concedentis expirabat, ſiue ſucceſſor inueſtienti extitiſſet hæredes ſiuè non vbi ſcilicet de feudo infeudatio fieri poſſit. conſtantius, eſt defendendum illam morte infeudantis non extingui ſiue ſucceſſor illius hæres ſit, ſiue non ſit, facit tex. & ibi gloſ. in verſ. per partem in cap. Abbate ſanè de reiud. lib. 6. & quod ex eo tradit Capyc. deciſ. 121. num. 12. & ſeq. Quamuis autem hic ſolus caſus quo ſuccendens eſt hæres exprimatur, non tamen caſus excluditur quo ſecus eſſet, tum quia nulla ratio afferri poteſt, quamobrem non idem ſit in vno quod in altero ex his quæ latè ſupra diſſeruimus, tum etiam quia ſit hic hæredis mentio non quidem conditionaliter, vel taxatiuè ſed gratia maioris fræquentis, & crebrioris vſus propter tex. d. c. 1. an agnatus vnde non excluditur, quin idem quoquè ſit, etiam ſi non ſit hæres iuxta gloſ. in auth. caſſa c. de ſacro. Eccleſ. Dec. conſil. 70. col. 2. in fin. Curti. conſ. 11. col. pen. Tiraq. de retract. proxi. §. 2. gloſ. 1. num. 19. §. 20. gloſ. vnica num. 4. niſi malimus dicere, & forte verus verbum illud hæres, pro 71
filio, & ſucceſſore ibi accipi quam expoſitionem in feudalibus perpetuam & veram eſſe ſatis eſt à nobis ſupra demonſtratum, pro qua etiam expendo tex. d. c. 1. ſi quis inueſtitus ibi & hoc intelligendum eſt in vaſſallis, qui feudi ſucceſſionem non habent, & ſic non dixit hæredem, ſed ſucceſſorem ex quo etiam non inſubtiliter dici poſſe puto, Obertum illo potius verbo, quam alio ad ſolam differentiam Prælati eſſe vſum, vt ſignificaret, quantum in layco hæres à ſucceſſore differt, tantun-

dem

dem Prælati ſucceſſorem à ſucceſſore laici differre, ita vt verus ſucceſſor laici, ſi ad Clerici ſucceſſorem conferas heres nō immeritò appellari poteſt.

72 *Idquè ex eo facile eſt intelligere quod Prælatus nihil prorſus in ſucceſſorem transfert, quia electione fit, non ſucceſſione c. ad decorem de inſtit. At laicus vt cumque in feudo quis proprie, & abſolute ſit ſucceſſor, transfert in illum ſanguinem cuius cauſa feudum ad eum deuenit, licet etiam hereditaria qualitas non transferatur eius ſanguinis, ergo pro ſucceſſore Clerici in quem nihil transfertur ſucceſſor laici etiam hæres rectè dici poſſit quamuis nō me fugiat hoc ipſum verbum hæres aliquando Obert. etiam in Prælato vſurpaſſe, vt perſpicitur in c. 1. in extremo de Alien. feud.*

Ex his falſa redditur decidendi ratio, quam gloſ. & Andr. ad hūc tex. afferunt vt ſ. Prælatus ſucceſſor, idcirco non teneatur, præteriti Prælati de viuentis feudo factam inueſtituram obſeruare, quia Prælato non eſt hæres, ſecus in laicis, niſi eo caſu quo pariter laicus non eſſet hæres, vt in feudo ex pacto, & prouid. in quo iddem in laicis affirmant, quod in clericis, ſed certè aliter hoc ſe habet, quia hanc rationem nuſquam illa hora reſpexerūt, nec (Citra maximas abſurditates de quibus latè ſupra) reſpexiſſe potuerunt, ſed de vna actus validitate, & inualiditate (vt hactenus diximus) cogitarunt. Quæ eſt finalis, illorum capitulorum ratio cui maximè innituntur, & fundantur.

73 *Quæ cum ita ſint conſequens erit dicere fas eſſe Prælato, antequam feudum ei aperiatur factam inueſtituram infirmare, quam (quia iure non conſiſtit, & eſt irrita) poteſt is idem, qui illam conceſſit reuocare l. 1. C. de liber. cauſ. l. quemadmodum C. de agric. & conſi. l. poſt mortem ff. de Adepr. Andr. in c. 1. ſub nu. 13. qui ſucceſſ. ten. quod in laico, eiuſquè ſiuè hærede ſiuè ſucceſore contraria ratione ſecus eſt vt verè in eo opinantur Andr. & ſeq. Affl. nu. 24. & cœteri at in Prælato falsò. Ratio autem cur tàm varie inter laicum, & Prælatū*
74 *ſtatuatur, vt Prælati inueſtitura non valeat, nec ad ſucceſſorem tranſeat laicum certe, omnino duplex eſt. Prima*

quidem

quidem quod huiuſcemodi inueſtitura propter votum captãdæ mortis, quod inducit, longe deteſtabilior eſt in prælatis quàm in laicis, vndè ius canonicum, ſollecitudinem de viuentis beneficio acrius prohibet, vehementer vſq; execratur, quam ciuile toto titulo, de conceſſ. præben. cum alijs Iuris Pontificij locis multis quos colligit, & pulchrè tractat Franc. Duare. in elegãti illo libello de Sacris Eccleſiæ miniſterijs & benef. lib. 6. c. 1. Quare ſicut viui, ſuperſtitiſque hominis beneficij collatio prohibetur, eiuſque promiſſio interdicta, & ab initio funditus nulla eſt, quamuis in tempus quo mortuus fuerit beneficiarius conferatur c. 2. c. relatum & c. ex tenore ex. de conceſſ. præben. pari ratione & feudi collatio, eius, qui adhuc viuit, nulla erit quamuis in tempus poſſidentis occaſus conferatur, quia de vno ad alterum argumentum ſumitur auctore Gomeſ. in Regula de annali poſſeſſio. nec ſanè quicquam cauſæ erat propter quod ſi in laico receptum eſſet, vt huiuſmodi inueſtitura conſiſteret, & vim haberet, idipſum quoque in eccleſiaſticis, quos maior iuſtitia, æquitas & relligio decet reciperetur, ad quod tex. in d. c. 2. de preben. & in c. 3. § ſed diuerſum de alien. feud. Quid eſt ergo, quæret aliquis, quòd in Prælati inueſtitura hiſce moribus introductum ſit? Reſpondes hoc inquam, vt quamuis ipſo iure talis inueſtitura non conſiſtat, poſſit tamen tractu temporis ex iure ipſi Prælato ſuperueniente confirmari, contra l. quod initio ff. de reg. iur. cum vulgar. licet hoc non tàm temporis curſu, quàm ex ipſius Prælati voluntate fieri rectè exiſtimarint. Bald. Aluarott. & Præpoſ. in d. c. 1. qui ſucceſſ. ten. Quo magis id quod paulò ante ſcripſimus poſſe prælatũ antequam ius ei ſuperueniat pœnitere, & inueſtituram infirmare, verum redditur atque confirmatur. Ratio autem differentiæ, quam inter prohibitionem conceſſionis præbendæ, & feudi vacaturi Andr. affert in d. c. 1. col. 5. in fin. qui ſucceſſ. ten. leuiſſima certè eſt, ne dicam falſam. Quia non frequentia petitionum, vt Andr. putat, in cauſa fuit, vt præbendæ 75
viuentis hominis collatio prohiberetur, ſed qualitas conceſſionis, quia de re viuentis, propter votum captandæ mortis, quod inducit vt expreſſe dicitur in dicto c. 2. de Præb. quæ

F potiſ-

Digitized by Google

potiſſima, & finalis ratio, æque in illis viget, atque in feudis, vndè idem ius, quanquam enim frequentia petitionum in præbendis cauſſam præbuerit prohibitioni, tamen cauſa illa ſolum eſt impulſiua nõ finalis, vnde licet in feudis ceſſet, quia tamen ſtat finalis, non ideo ceſſat, ſed viget diſpoſitio l. 1. §. ſecundo loco, & ibi gloſ. in ver. cauſſam ff. de poſtulan. Andr. in conſt. defenſas col. 2. in princ. Dec. in c. poſtulaſti in 4. notab. de reſcr. in c. cum ceſſante in princ. de appell. tex. in l. ſi non lex Elia ſentia ff. de hæred. inſtit. Petr. de Anchar. in conſ. 2. in fine. Altera verò eſt ratio, quia (vt rectè tradit Bal. in d. c. ſi quis inueſtitus ſub num. 2. ver. 3. noto & d. c. 1. nu. 3. qui ſucceſſ. tenen.) in ſola adminiſtratione conſiſtit, vt qui rerum Eccleſiæ non dominus ſed adminiſtrator, & procurator ſit c. 2. de donat. Dec. in c. edoceri in princ. 3. notab. de reſcript. in c. ſignificaſti col. 4. nu. 9. de elect. Dominiũ autem eſt penes Eccleſiam l. Iubemus §. ſcientes, & §. ſi quando & l. fin. de Sacroſ. Eccleſ. Iſern. in c. 1. §. mulier in oſtenditiis in prima adit. de capit. Corrad. Atqui laicus eſt verus Dominus, et habet vtile dominium plenum, & abſolutum tanti effectus, & virtutis vt præferatur dominio directo contra Andr. in c. 1. circa princ. de feu. dat. in vi. leg. com. in cap. ſi quis per 30. col. 1. ad med. ſi de feu. defunct. mil. contr. fuer. in c. 1. ad med. de controu. inter maſc. & fæm. de benef. in l. Imperialem §. inſuper ad fin. de prohib. feud. alien. per Feder. in conſt. inſtrumentorum robur col. fin. circa princ. & in conſt. in locis demanij in fin. lib. 3. nimirum ergo ſi prelati inueſtitura eius morte annihiletur extinguatur, & reſoluatur laici vero etiam poſt mortem valeat, conſiſtat, et ſeruetur, quod & Bal. apertiſſimè placuit in d. c. 1. nu. 3. qui ſucceſſ. ten. iuxta quod eſt, id quod Andr. ſcribit in conſt. mulier quæ dotariũ, verſ. ſed nũquid locationes, & preſentationes lib. 3. His non aduerſatur regula c. 1. de ſucceſſ. feu. c. Titius ſi de feu. fuer. contr. c. 1. §. ſed et res per quos ſi. inueſt. quibus præcipitur nõ teneri ſucceſſorem factũ defuncti preſtare in omni feudo recto nõ hæreditario, ẽt in laicis, quia id procedit in facto nullo, & inualido, ſiue vt ſignificantius loquar non permiſſo,

76 (margin, beside "qui ſucceſſ. tenen.")

77 (margin, beside "nullo, & inualido")

quo

quo conditio feudi ſit deterior, non autem in legitimo valido atque permiſſo ꝙ potius ſit conſuetæ, ac vtilis geſtionis, quam damnoſæ, & non neceſſariæ alienationis, quodq; feudi conditionem haud mutet, ſed illud in ſuo ſtatu, & qualitate conſeruetur c. 1. §. é contrario de inueſt. de re alien. fac. ad ꝙ confirmandum multa proferre poſſem, ſed ne longius abeam, non ne ipſa infeudatio feudi iam conſtituti, & concedi ſoliti eſt perpetua, & infinite durat etiam feudo dño deuoluto, prorſus ceſſante regula legis l. vectigalis c. rurſus, & ſimilium hac vna ratione quod à iure probata, & permiſſa eſt, propterea ꝙ non tam alienationis, quam ſimplicis conſuetæ, & debitæ adminiſtrationis actus ſit, & vera, & concordi omnium ſententia de qua Camer. d. l. Imperialem car. 7. littera F cum multis ſequent. Igitur & hæc quoq; de viuentis feudo facta infeudatio, quia à iure itidem permiſſa, & his tex. introducta eſt, tametſi prius concedens, quàm conceſſi feudi poſſeſſor. ab hominibus eripiatur perpetuo valebit, ipſos què in feudo ſucceſſores ſiue hæredes, ſiue meri ſucceſſores infeudatoris ſint, planè ſequetur. Porrò quod modo diximus huiuſmodi inueſtituram, & conceſſionem eſſe actum id quidem haud temerè ſcripſimus, quia debet Baro ſi minus rigore iuris; at certe æquitate ſubfeuda ſibi deuotuta, & aperta potius alteri ad conſuetum ſeruitij, & fidelitatis onus concedere, et extra manũ ſuam ponere quam ſibi retinere, & menſæ adiungere, vt egregie in Imperatore ſcripſit Bal. in c. 1. §. ſi verò in extremo qualiter feu. alien. pot. cui rectè aſſentitur Anton. Corſet. in tract. de excell. et poteſ. reg. quæſt. 78. & male ab eo Affl. num. 7. ibi diſſenſit, ſaltem vt dixi æquitate iuris amore, & gratia vaſſallorum, quos quidem Domini in filiorum loco habere debent, affectione paterna illorum com- 78
modis proſpicientes inquit Sanctiſs. Imper. in l. ſi quis filium C. de inoff. teſtam. eorumque commoda, vel priuatæ ſuæ vtilitati anteferre, idem ait in l. vnica §. pen. C. de cadu. toll. & cum illis ex bono, & æquo, ac benigne agere, ſecundum 79
Bal. conſil. 429. quidam nobilis libr. 1. non autem ſtricto iure, & vt inter infeſtos, vt Pauli verbis vtar in l. ſi

id quod §. ſi quas ff. de iur. dot. quales his noſtris temporibus ſunt complures, qui ſubiectos ſibi homines hoſtilem in modum vexant iniquiſſimis iudicijs irretiunt, & perſequuntur omnemq; adhibent curam, operam, & diligentiam, vt viam inueniant quo iure, quaque iniuria expilent illos, tanta auiditate, ac ſiti, vt illorum, vel ſanguinem (ni Chriſtianiſſimi noſtri Principis poteſtas reſpiceret) facile exorbere velle videantur.

Dicet aliquis mala eſt argumentatio ab infeudatione, de qua Doctores illi loquuntur ad hanc, de qua nos in præſentia tractamus, in illa actus per omnia abſolutus, & perfectus præſupponitur, nec quicquam tàm concedenti domino, quàm recipienti feudatario agendum reſtat nam & Dominus purè inueſtiuit, quem de feudo quod iam ſibi apertum apud ſe erat, & feudatarius purè recepit, ac illius dominiū eſt conſequutus, nec quicquam moriente Domino agendum ſupereſt, quo non infeudatio vndiq; abſoluta dici poſſit, in hac autem contra, nam ſi Dominus poſſidenti feudatario non ſuperuiuat actus vix inchoatus, ac ne inchoatus quidem dici poteſt tantum abeſt, vt perfectus ſit. Primum enim concedens nondum conceſſæ rei dominium adeptus eſt deinde ſub conditione futuræ mortis feudatarij conceſſum feudum poſſidentis inueſtitura ab eo facta eſt, & conditio (vt pertritum eſt) nil ponit in eſſe. Igitur quantum ad dominum ne cæptus quidē actus dici poteſt, nec ſanè minus quantum ad recipientem feudatarium non etiam tantundem eſt dicendum quippè qui nequè dominium, nequè poſſeſſionem antequam tenens feudum viuente domino inter homines eſſe deſierit ſit conſecutus, ſed ſolam illam ſpeculam ijſdem caſibus, & conditionibus expoſitam, quare minus recta & erronea eſſe videtur omnis que his in infeudationibus vltro citroquè ducitur argumentatio.

Reſpond. ſatis abundeq; eſſe hunc actum, atquè hanc inueſtituræ formam à iure introductam, agnitam & approbatā, eodemq; iure de concedentis præmorientia (vt ita dicamus)
80 *fuiſſe cogitatum, ad hoc vt ſit perpetua, & vſquè duret exemplo mandati, quod licet regulariter morte extinguatur, tamen*

men

men ſi de mandantis morte cogitetur, & poſt illam conferatur, morte non reſoluitur, ſed etiam poſt illam durat, tex. in l. ſi vero §. idem Marcellus ff. mandat. Dec. in c. relatum col. fin. de off. deleg. ſicut enim lex puram inſeudationem adinuenit, quæ non quia actus purus, & perfectus eſt, ſed quia adminiſtrationis, & legitimus morte inſeudantis non expirat. 81 ita quoque eadem lex hanc conditionalem inſeudationē (ſi tamen conditionalis eſt, quod ego prorſus nego, vt paucis, ſed dilucide mox demonſtrabo) introduxit, quã, & quia actus eſt item legitimus & in feudo iam conſtituto, & concedi ſolito, non alienationis ſed ſimplicis conſuetæ, & quandoque debitæ, & neceſſariæ adminiſtrationis, neque à iure ipſius inſeudantis, vita circunſcriptus eadem ratione conuenit, morte inſeudantis non extingui tametſi conditionalis & non perfecta eſſet, et quia etiam ita lex ſcripta eſt ait Vulp. in l. proſpexit ff. qui et à quib. facit tex. in l. vſufructus in fin. ff. de ſtip. ſeruor.

Hoc loco antequam extremo ſub laborum fine vela trabam; apte cadit ſcrupulum illum amouere, qui iuris quoſdam peritos male habuit. Is autem eſt, nam quia hæc inueſtitura (vt ipſi putant) & conditionalis eſt, & non niſi conditionaliter fieri poteſt d. c. ſi quis inueſtitus, Andr. in d. c. 1. circa principium qui ſucc. tenean. Inde fieri exiſtimant, vt ſi pendente conditione inueſtitor decedat, eius morte ita quidem inueſtitura extinguatur, vt quamuis poſtea conditio exiſtat, niſi tamen ſuccedens Baro hæres inueſtitoris ſit, ad quem inueſtitura tranſeat, quiquè vt hæres, illius perſonam interim ſuſtineat, non obligetur, quia exiſtente conditione non eſt perſona, quæ ex inueſtitura obligari poſſit l. poſtquam in principio ff. vt leg. nom. cau. tex. in l. quoties in fine ff. de nouat. ex quo decidit Bal. in eod. c. 1. num. 4. qui ſuc. tenean. & ſi Baro qui huiuſmodi inueſtituram fecit antequam conditio exiſtat, crimen maieſtatis commiſerit, & illius feudum publicatum ſit extante poſtea conditione non teneri fiſcum talem inueſtiturã ratam facere ex quo etiam illud emanat, 82 quod & Bart. & cæteri frequenter tradunt in l. ſi quis pro

emptore

emptore ff. de vſu capion. Bal. in l. ſi pater C. de Inoff. donat. vt ſcilicet corrumpatur diſpoſitio ſi tempore exiſtentiæ conditionis actuſque abſolutionis ambo extrema habilia non ſint; vt potè, re in eum caſum, incidente, à quo incipere, non poſſit l. exiſtimo in princ. l. pluribus §. & ſi placet vbi ſcriben. not. ff. de verb. oblig. omnia enim paria permanere debent in id tempus, quo conditio extat, vt acquiratur ei cui aliquid acquirendum eſt, eleganter Paul. ait in l. ſi ſolus §. item ſi ſeruus ff. de acquir. hæred. Immo verò etiam ſi ſucceſſor Baro hæres inueſtitoris ſit, non tamen tali inueſtitura obli-
83 gari videtur, tum quia poſt mortem infeudantis incipit, feudi dominum diſcedere ab eo qui infeudauit, tum multo magis, quia pendet infeudatio in diem mortis poſſidentis feudatarij, & cum ſequitur conditio mortis, iam hæredis dominiũ eſt à quo illud diſcedere non poſſe inuito eo fatendum eſt tex. (per locum à ſpeciali) in d. l. ſi ego §. ſi res ff. de iur. dot. ad quem collimat tex. in l. quod ſponſæ C. de donat. ante nupt. nos vero diuina in primis ope huius contrarij dolos ambageſque reſoluemus; Dico igitur vt quamuis prima facie hæc multum vrgeant, tamen quia natura in profundo veritatem (vt ait Democritus) penitus abſtruſit, & prorſus cuncta rimando nihil obſtant.

Etenim illud pr incipio ſciendum eſt, inueſtituram de qua nunc
84 loquimur nequaquam conditionalem eſſe (vt vulgò putant) ſed in diem nempe illum quo morietur feudatarius, qui conceſſum feudum poſſidet, quæ dies vt incerta ſit quando (non enim per omnia incerta eſt, cum metam habeat à iure præſtitutam, ad annum centeſimum, qui finis vitæ longeui hominis eſt ait Caius in l. an vſusfructus ff. de vſufruct. & l. fin. C. de Sacroſ. Eccl.) eſt tamen certa an, quia certum eſt illum omnino moriturum ait Vlpian. in. l. 1. §. dies autem, in l. hæres meus in princ. ff. de condi. & dem. ex quo bene ſequitur vt hæc inueſtitura in diem mortis poſſidentis feudatarij collata, quo ad cœtera omnia etiam pura iudicari debeat arg. tex. in l. 1. ff. de in diem adiecti qui tex. (vt hæc obiter attingam) quamuis loqui videatur de die, & certa, & non mul-

tum

tum longinqua puta intra Kl. Martias, vt exemplificat iure conſ. in l. 1. eodem tit. idem tamen eſt, ſi pactio illi ineatur in diem, & incertam, & longinquam modo omnino exituram, quia rub. illa generalis eſt neque ad certam, vel incertam, aut ad breuem, vel laxiorem diem coarctata, vnde, & generaliter accipienda eſt licet nigrum ſtrictius loqueretur rubro. Andr. in rub. quæ ſint reg. in princ. in conſt. Sancimus col. fin. verſ. licet lib. 3. & communis eſt opinio teſte Dec. licet ſolus ipſe interdum ab ea diſcrepauerit in l. 1. num. 4. & ſeq. ff. ſi cert. pet. in rub. de conſt. lect. 1. num. 13. & lect. 2. col. 2. ad fin. conſ. 508. num. 3. 527. col. 4. in princ. etenim non eſt, ita, quia quod d. l. 1. (quæ ex omnibus legibus illius tit. ſola certi tẽporis, & præfiniti meminit) de Kl. Mart. mentionem faciat, id quidem exempli loco ſcriptum eſt, cæterum ad omne tempus illa pactio accomo dabitur, ait in ſimili Vlpian. in l. damni infecti ſtipulatio ad fin. ff. de damn. infecto, & Modeſti. in l. ſcire oportet §. pen. ff. de excuſ. tutor. quia exempla (præſertim obiter adiecta) non reſtringunt maxime cum thema legis eiusque ratio generalia ſunt facit tex. in l. regula §. & licet ff. de iur. & facti ignor. l. ſi ita vulneratus §. pen. ff. ad l. aquil. quod exemplum iureconſ. ab eo potius, quod & frequenter, & facile quam ex eo quod perraro euenit ponere voluit vulg. l. nam ad ea ff. de leg. verum namque eſt (quod negari non poteſt) illam pactionem, & legem frequentius, breui, & certo temporis curriculo à cõtrahentibus circumſcribi, quam diuturno. & incerto, quod quidem vt fatemur, ita magnopere ab illis diſſentimus, qui negant non etiam ad longinquum, & incertum tempus, ſed omnino exiturũ illam protrahi poſſe; quam opinionem ſane non veram inuexit nobis ſummo ingenio exquiſitaque iuris doctrina quiddam quem ego non ſequor, neque enim poſſem cum me ratio in contrarium vocet, nec ipſe quicquam affert, quamobrem merito id probari debeat, tum hæc ſententia vtilitati rerum conſentanea eſt, vt Vlpi verbis vtar in l. ſi remunerandi §. fin. ff. mand. propter vtilitatem promiſcui vſus ait Paul. in l. ſi quis mancipijs

Digitized by Google

cipijs §. ſi impubes ff. de inſt. act. cuius maxime intereſt contrahendi facultatem, non aſtringi, ſed relaxari l. nemo exterus C. de iud. l. 2. ff. ſi à par. quis fuer. manu. & arg. l. qua ratione §. hoc quoque ff. de acquir. rer. dom. l. in re mãdata C. mand. & contractus legem ex conuentione accipit l. contractus de reg. iur. l. 1 §. ſi conuenerit ff. de poſ l. legem C. de pact. et quamuis dies incertus omnino exiturus actum

86 *conditionalem faciat l. hæres meus §. 1. de condi. & de mon. ſic vt dies incertus appelletur conditio in l. talis ſcriptura §. ſed ſi ſub conditione ff. de leg. 1. Id tamen verum eſt in teſtamentis, non autem in contractibus gl. vlt. & ibi Iaſ in l ſub conditione ff. de cond. ind. Bart. in l. ſtipulatio iſta §. incerta verſ. venio ad ſecundam in l. ita ſtipulatus num. 41. ff. de condi. & de mon. ibi conditionem in teſtamento facit, non ergo in contractibus, quia incluſio vnius, eſt alterius excluſio l. cum prætor ff. de iud. quem tex. ita ad hoc ponderat Soccin. in l. 1. ff. de cond. & dem. ad quam differentiam corroborandam nouiter ego tex expendo in l. cedere diem ff. de verb. ſignif. iuncta l. 1. in princ. & d. l. dies Incertus ff. de cond. & dem. Vlpian. in d. l. cedere diem, actum omnem*

87 *diuidit in partes tres, in purum in diem, & ſub conditione, itaque in contractibus nullum ab eo diſcrimen nulla diuiſio inter certam, incertamque diem conſtituitur. Idem vero in d. l. 1. trimembrem hanc diuiſionem altero in teſtamẽtis mẽbro auget, nempe diem ſecat aut incertum, aut in incertum, igitur cum in teſtamentis diſtinguat, in contractibus verò non diſtinguat, ſatis apertè indicat eam ob cauſam in teſtamentis illam diei ſectionem fuiſſe neceſſariam quod dies incertus conditionem in teſtamento facit vt Pap. d. l. dies incertur. Quod et ipſum nõ vſq; quaq; & ſine vlla diſtinctione recipiendum eſt ſed demum quando in ipſius grauati perſona dies adſcriptus eſt d. l. hæres meus in principio & §. 1. ff. de cond. & demonſtr. id quod procul dubio in cauſa fuit cur iureconſultus ſub vno illo conditionalis diſpoſitionis termino diem quoque incertum non concluſerit, ſed alio diſtincto proprioq; termino ab illo, tanquam diuerſo ſeparauerit ob id*

ſcilicet

ſcilicet quod non ſemper, nec per omnia conditionem in teſtamento facit, quod quia in contractibus equæ non eſt propterea in illis nulla diſtinctione opus fuit, vnde cum lex non diſtingat, nec nos in illis diſtinguere debemus vulg. l. de pretio ff. de public. ſed vt generaliter diſponit, quod vbi ſtipulatio in diem contracta eſt, ita id generaliter accipiendum eſt, ſiue dies incertus, ſiue certus ex reg. l. 1. §. et generaliter ff. de reg. iur. l. 1. §. quod autem ff. de aleat. quæ procedit quamuis alias maior ratio in vno caſu vigeret, quam in alio, & quãuis etiã odioſa pænalis & exorbitans ſit diſpoſitio Andr. Tiraq. de retract. proxim. §. 1. glo. 14. nu. 101. & ſeq. ex quibus prædictis, quã veriſſimũ eſt diẽ mortis in cõtractibus nullo pacto conditionem facere, quod tamen dupliciter limitandum. Primo niſi ſtipulatio & conditionaliter concepta ſit 88 *& hoc animo contrahentis fuerit vt facerent conditionem, tunc enim non tam diei incertitudo, quam contrahentium mens et voluntas efficit, vt id conditionale ſit, quod alias per ſe non eſſet, quod quidem fieri ab illis poteſt l. in conditionibus §. 1. ff. de cond. & demonſtr. & idem Paul. Caſtren. in l. 3. ff. de leg. 2. Dec. conſil. 2. col. 3. ad med. quemadmodum quoque verſa vice fieri a contrahentibus facile poteſt, vt conditio, quæ de iure ineſt. haud inſit, vt quæ actus alioquin per ſe conditionalis purus ſit gloſ. 4. in leg. qui ſe debere ff. de cond. ob cauſ. Alex. conſ. 61. numer. 5. atque hoc plane caſu, neque alio loquuntur, itaque accipiendi ſunt Doct. qui affirmant ſtipulationem ſi morieris conditionem facere Imol. in leg. ſi pupillus §. qui ſub conditione ff. de nouat. Iaſon. in d. leg. quodcumque §. non ſolum Paul. Caſtr. in leg. ſtipulatio iſta §. incertam ff. de verb. obligat. quando ſcilicet ſtipulatio conditionaliter concipitur, & hoc animo contrahentes ſunt, vt faciant conditionem alioquin procedit regula leg. ſi pupillus §. qui ſub cond. ff. de nouat. vt qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnino extitura eſt pure ſtipulari videatur, at quid queſo morte exploratius, neque vero quidam ex ſcribentibus quantumuis præcipuæ authoritatis audiendi, aut ſequendi ſunt qui textum illum reſtringunt*

*gunt in conditione, quæ non modo quoad exiſtentiam verũ
etiam quoad diem certa ſit contra gloſ. ibi quæ optime loqui
tur., & eſt veriſſima, quia prorſus diuinant nec tam tex. il-
lum exponunt quam corrumpunt, et à vera ſua ſententia
plane detorquent, cuius ratio, & reg. quod à nemine video
animaduerſum propter bonarum litterarũ apud noſtri or-*
89 *dinis homines repudiatum, & contemptum ſtudium, vn-
de ſcilicet errores omnes qui in hac diſciplina hactenus ad-
miſſi ſunt, & irrepſerunt tanquam ex fonte, & capite ma-
narunt Nam latinæ linguæ recto vſu, & proprietate ver
borũ magni illi veteres Iureconſulti noſtrarum legum au-
thores vſi ſunt, quibus neſcio quid ſit elegantius cõſtat enim
apud optimos latinitatis authores particulam ſi quæ ſuapte
vi regulariter conditionem facere, tamen futuro tempori, &
facto quod extiturum eſt adiectam non conditionem, ſed tem
pus indicare Virg. S. Aneid.*

*Præterea ſi nona diem mortalibus almum. Aurora extulerit
radijſq; retexerit orbem. Prima citæ teucbris ponam certa-
mina claſſis. Idem vi.*

Heu quantum inter ſe bellum ſi lumina vitæ attingerint quan
90 *tas acies ſtrageſque ciebunt; quibus locis verbum illud ſi
non conditionem, ſed tempus importare, ac exponi, vbi pri-
mum aduerterunt, & annotarunt in omni elegantis do-
ctrinæ genere politiſſimi; iure merito elegantiſſimus Vl-
pian. ait, qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnino extitu-
ra eſt, vt ſi Titius morietur centum dare ſpondes, quamuis
prima facie, & vulgari, quadam opinione propter dictio-
nem, ſi quæ vulgariter conditionem facit, ſub conditione ſti-
pulatus videatur, tamen re, & veritate pure inquit ſtipu-
latus videtur, & aduertè, quia non dixit pure ſtipulatus,
videtur, vt ſcilicet ſignificaret talem ſtipulationem, vere nõ
eſſe puram, ſed in diem. Ratio deciſionis eſt, quia vt iam
dixi dictio ſi adiecta tempori, & facto omnino extituro la-
tine, & proprie non conditionem indicat, ſed tempus etiam
ſi incertum ſit. Quare cum hoc caſu dictio illa condi-
tionem non ſignifiat, nihil eſt circumſcripta voluntate*

contra-

Digitized by Google

contrahentium unde omnino ſtipulatio conditionalis reputari poſſit, etiã quod ſi de illorũ mẽte ex alijs appareat voluiſſe eos conditionalem ſtipulationem inire, in dubio enim non 91
præſumitur l. 1. ff. de cond. & demonſtr. l. eum qui calen. de verb. obligat. indubitate lex contractus ſeruabitur quantumuis dura l. Lucius in fine ff. de depoſ. l. proſpexit ff. qui & à quib. itaq; illorum menti & voluntati ſtabitur quæ in omni materia eſt potior verbis c. intelligẽti de verb. ſignif. l. non tantum §. ſi ſub conditione ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. l. ſcire oportet §. aliud verſ. ſed & ſi maxime ff. de excuſation. tut. quare hoc caſu conditionalis erit diſpoſitio, at primo pur a ceterum, haud dubie hanc Latini ſermonis conſuetudinem non ſuo, ſed temporum illorum vitio ignorauit Bart. in leg. 1. numer. 3. de condit. & demonſtrat. loquitur in vltimis voluntatibus, in quibus propria quadam ratione, neque tamen perpetuo, vt paulo ante dixi id verum eſt leg. aut quodcunque §. penultim. ff. de verbor. obligat. quæ in cõtractibus loquitur et multo minus id probat, vt recte nos docet Soccin. dicta leg. prima ſub numer. 4. de condit. & demonſtr. Nunc longius quam inſtitueramus euagati eo tandem, unde digreſſi ſumus reuertamur. Itaq; ſecundo limitatur, niſi vltra diei incertitudinem, alia quoque quæ in promiſſionem deducuntur incerta ſint, vt cum quis fructus qui ex fundo percepti fuerint, promittit hæc enim maxima incertitudo conditionem ſapit, ait Alciat. in dicta leg. cedere diem numer. 19. de verbor. ſignificat. & verum eſt his duobus caſibus exceptis, licet alias Doctor. variarint an ante diem mortis oriatur obligatio, quod negat Bart. in dicta leg. ſtipulatus numer. 41. de verbor. obligat. tamen diuerſa opinio affirmatiua, non modo verior ſed & crebrior eſt teſte Alciat. dicta leg. cedere diem numer. 92
18. quam ſententiam ab impugnatione Bart. in dicta lege prima C. vt actio ab hæred. & contra hæredes recte vindicat. Oldrad. conſ. 114. factũ tale eſt ſub n. 3. cui omnino aſſentiendũ puto quicquid Imol. et Soccin. aliter diſtinguant in d. l. 1. ff. de cõdit. et demonſtr. quorũ diſtinctio non eſt recipienda

pienda, quia nec iure probatur, nec ſenſui communi quadrat, & per omnia idem eſt utroque caſu. Per quæ colligitur ſupra relatam ſententiam, ut dies mortis in contractibus conditionem non faciat communem quoq; eſſe, & veriſſimam quamuis eam Loffred. conſ. 9. col. 1. & 3. magno molimine conuellere conetur, ſed fruſtra ut ex his quæ modo dixi facile eſt, intelligere. Hic apparet luce clarius inueſtituram, de qua agimus non conditionalem eſſe, ſed in diem cui ſententiæ, non refragatur tex. c. ſi quis in ueſtitus, ibi n am ſi quis facit inueſtituram purè de alieno feudo non valet habita inueſtitura, quaſi tex. innuat ut illa inueſtitura quæ poſt mortem feudatarij confiratur, & valida eſt conditionalis ſit, quia verbum illud non opponitur conditioni, ſed diei mortis, & eſt ſenſus. Inueſtitura purè facta, id eſt poſt, uel in mortẽ poſſidentis nõ collata irrita eſt, nõ tamẽ ſequitur, ut ſi in illius mortem conferatur, conditionalis ſit, quia ut iam dixi omnes iſti caſus purus in diem, & ſub conditione inter ſe longe differunt, qui enim purus eſt, nec in diem, nec conditionalis eſt, qui in diem ſiue certum, ſiue incertum, ſed omnino exiturũ, nec per omnia purus, nec conditionalis. Qui verò conditionalis, neque purus, neque in diem eſt, licet, & ad certum, & ad incertum diem conditio limitari poteſt, quorum omnium, ut ipſi inter ſe varij, & diſpares ſunt, ita effectus ipſe varius, et diſpar eſt, ut elegãter explicat iure cõſultus in d. l. cedere diem de verbor. ſignificat poſi o igitur inueſtituram, de qua loquimur non conditionalem eſſe, ſed in diem ecquis quæſo non videt obiecta illa quæ inexpugnabilia munimenta videbantur, per quam infirma eſſe, & imbecillia nulloque negotio prompte diſſolui poſſe. Atq; adeo per ſe ipſa ruere loquuntur enim, & procedunt in actu vere conditionali, in quo neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc conditione, quia conditio nihil ponit in eſſe l. ſi quis ſub conditione ff. ſi quis omiſ. teſta. nos autem loquimur de actu in diem in quo ceſſit dies, ſed nondum venit, & in quo quia quoad cetera omnia purus iudicatur propriè locus eſt regulæ ſupra dictæ, ut quod ritè, & ſecundum leges ab initio

actum

actum eſt morte, vel alio euentu infirmari, & corrumpi nō debeat l. 1. §. fi. & l. 2. ff. de itin. actuq; priuat. l. ſancimus C. de admin. tutor facit tex. in c. ſi cui de prebend. in 6. & quod ſcribit Capic. deciſ. 121. num. 10. & Bald. d. c. ſi vero Archiepiſcopus num. 3. qui ſucce. teneantur ex quibus falſus, erraſſe videtur eſſe Cam. in d. l. imperialem car. 47. littera E. & ſeq in eo quod affirmat in regno non hæreditario aſſenſum præſtitum à rege illius morte expirare ſi impetrantes in Regis aſſentientis vita non contraxerint, eſt enim contra tex. d. c. ſi cui contra Capyc. & Bald. in locis iam citatis. hæc tamen opinio ſeruari poteſt, vt procedat illo caſu tā- 93
tum quo Camera loquitur, nempe cum Rex in diminutionē coronæ aſſenſum, præſtat quod facere non poteſt. non obſtat 94
id quod Bald. tradit in d. c. 1. num. 4. qui ſucce. ten. quia illa deciſio accipienda eſt ſecundum dictam l. quoties ff. de nouat. quam Bald. citat iuxta doctrinam Bart. in l. non ſolum §. liberationis verbo ff. de liber. leg. Atqui is idem Bald. in l. fin. ſub num. 15. verſiculo ego autem dico. C. de contrah. emp. legem illam intelligit procedere in conditione poteſtatiua ex facto confiſcati non autem in caſuali, aut mixta, quam vere hoc intelligat non dico ad hanc quidem quæſtionem quam modo tractamus vtrum id ſit, nec ne non valde pertinet ſatis eſt enim, ita Bald. illam intelligere igitur in caſu in quo ipſe loquitur in dicto c. 1. neceſſario intelligendum eſt inueſtituram vltra mortis diem ſub eadem poteſtitiua conditione ex facto infeudantis Domini fuiſſe factam, quem admodū is idem Bald. d. l. quoties intelligit à qua vt dixi illa deciſio intelligenda eſt, nos vero loquimur vbi inueſtituræ nulla extrinſecus conditio inſerta eſt, ſed dum taxat in diem iuxta tex. d. cap. 1. qui ſucce. tene cum ceteris ſupra citatis facta eſt. Alioquin ſi ſimpliciter, & indiſtincte acciperetur omnino falſa eſſet, cum ex his quæ ſupra ſcripſimus, quæ omnia non minus in fiſco locum obtinent, quam in priuato iux. gloſ. in l. item veniunt §. in priuatorum ff. de petit. hæred. Andr. in rub. de conſuet. rec. feu. ad med. de ſtat. cont. liber. eccleſ. §. diffidamus col. 1. in fine. Dec. conſ. 131. num. 3. tum ex alijs

nonnullis

nonnullis ex quibus illa deciſio labefactatur quæquidē nunc
omitto, quia non hoc mihi propoſui, vt omnium quæ in ſcri-
bendo ſeſe offerunt veritatem accuratius exquirā, ita enim
nullus vnquam fieret ſcribendi finis ſatis eſt in fortioribus,
& magis neneſſarijs hoc feciſſe interim, quo magis legentes
me non fortuito, ſed conſulto, & cogitato hoc dixiſſe & affir-
maſſe credant, ſcire eos volo, illa me non ignoraſſe nimirū
95 feudo ob delictum confiſcato illud ad regem non iure aliquo
tranſlationis vel tranſmiſſionis, ſed iure dominij, & virtu-
te legis feudalis ab initio conceſſionis feudi illi impreſſæ velut
ad ſua initia reuerti, & reſolui ex Iſer. in c. 1. col. fin. ad
med. verſ. ſed ſi in terra ſua de cōtr. feud. apud par. term. in c.
1. §. huius autē generis col. 1. in principio, quæ ſit prim. cauſ.
benef. amit. Bart. de cap. in conſtit. ſancimus circa princ. lib.
3. ſcripſit, & patronum ad commiſſum non habere omnino
lucratiuam cauſam quin propter titulum infeudationis ad
hoc onus fidelitatis factæ cēſeatur potius reuerti ad rē ſuam
& ius antiquum recuperare quam lucrari, & de nouo ac-
quirere. Ad extremum ne illud quidem mente excidat, quod
96 nonnulli doctor: tradiderunt hoc caſu deficientis fidei pro-
prie eſſe locum regulæ c. 1. §. rurſus quib. mod. feud. amitt.
cap. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alien. fact. leg. vectigali ff.
de in diē adicet; vt reſoluto iure dator ius etiam acceptoris
reſoluatur, vt Andr. ſcribit in d. §. quid ergo col. 1. & ce-
teri doctor, quos colligit & citat Arr. Pinell. Luſitan. in l. 1.
p. 3. num. 72. C. de bon. mat. Ex his tamen omnibus Bald.
ſententiam minime ſuſtineri palam dico & breuitati ſtudē
do ne acceſſiones operibus ipſis ſint longiores contra id quod
Ariſt. fugiendum præcipit primo æthic. Non obſtat regula
l. quod ſponſæ C. de donat. ante nupt. quia procedit vbi dona-
tor ex profeſſo in id temporis donationem confert, quæ lex illā
prohibet, & donandi poteſtatem aufert merito non valet id
quod à caſu noſtro prorſus longè abeſt quandoquidem non
modo inueſtituram de viuentis feudo in tempus mortis poſſi-
dentis feudatarij ius conferri non prohibet; verum etiam id
præſcribit, ac percipit, ſic vt aliter facta nulla ſit, vnde licet

cauſa

*cauſa contingat inueſtitori Domino ſeudatarium poſſiden-
tem ſuperuiuere, non tamen ius eſt inueſtituram quæ ab ini-
tio rectè conſiſtit reſolui argumento tex. in fortioribus in l.
item illa §. quod adijcitur ff. de conſt. pecun. quia cauſam &
originem ſpectamus l. qui id quod ff. de donat. l. filius fam.
C. ad maced. Tiraq. de retract. prox. gloſ. vnica numer. 4.
& .ſ. non autem quod emergit inquit Acurſ. in l. vendicatio
ff. de rei vend. Andr. in c. 1. §. porro col. 5. ſub num. 28. quæ
ſit prima cauſa benef. amitt. in l. imperialem §. fin. col. pen.
prope finem de probib. feud. alien. per Feder. in conſtit. col.
prima in princ. nec aduentitij caſus computandi ſunt, ait
Sceuol. in l. Iuſtinianus ff. qui & à quib. facit l. verũ §. locu-
pleti in princ. ff. de minor. hinc in ſimili receptum ſcimus vt
quamuis regulariter donatio inter virum & vxorem in ſu-* 97
*ſpenſo ſit irritaturque ſi cõtingat donatarium donanti mor
te anteuertere l. à marito c. de donat. inter vir. & vxor. ni-
bilominus ſi iuramentũ acceſſerit donationi, quia tũc ab ini-
tio conſtitit, & vim accepit tametſi poſtea contrarium eue-
niat, & donans donatario ſuperſtes ſit non tamen placuit
ſemel conſtitutam donationem infirmari auctore Aymon.
in conſ. 202. Alciat. in c. cum contingat num. 297. de iur.
iur. quorum ſententia in iuditijs probata eſt, eaque vtimur
reiecta illa Dec. in conſ. 240. & conſ. 536. vol. 3. Amplius
quoque dixit Iſern. qui hanc inueſtituram conditionalem
eſſe cenſuit, ſed falſo, vt oſtendi ſupra, vt purificata condi-
tione, et ſic feudo poſt mortem infeudantis domini aperto, vi-
deatur illud iam inde conceſſum ex quo inueſtitura facta
fuit, inquit ipſe de hac ipſa inueſtitura loquens in d. c. 1. col.
6. verſ. inde qui ſucced. ten. itaq; vel ſecundum ſuam ſenten-
tiam conditione exiſtente inueſtitura eſt, & valet ab eo ipſo
temporis puncto quo facta fuerit, non autem à die quo condi-
tio exiſtit, vt de contractu dicitur l. nemo ff. qui potior in pi-
gnor. habetur. quin quedam ſunt, quæ cum fiunt ſunt in-
certa, ſed ex poſteriori euentu declarantur, & cum ſunt de-
clarata retrotrahuntur ad illud tempus quo facta fuerunt
Iddem in cap. 1. col. 7. ad med. verſ. item non reſtituitur de*

nat.

nat. ſucc. feud. in l. imperialem §. præterea ſub num. 40. de probib. feud. alien. per fed. eademque puri, & purificati eſt ratio vt Aret. ex illo tex. notat. in l. ſi ſeruus §. cum mihi in verſ. contra vero ff. de verb. oblig. Bald. in l. cum teſtam. in 4. notab. C. de manum. teſtam. Ang. in l. fin. 1. col. ff. de vulg. & pup. tex. in l. ſed & ſi ff. de acq. hæred. vnde licet hæc inueſtitura conditionalis eſſet, vt certe non eſt, cum tamen purificata conditione, iã inde ab ea celebrata pura ſit neceſſario, ſequitur, vt ex illa Doctor. ſententia de qua Camera in d. l. imperialem car. 7. litt. f. cum ſeq. ſupra relata, hæc quæſtio ſecundum nos aperte decidatur multoq; magis, & indubitate, cum veriſſimum ſit in diem eſſe. Quare abſolute, & vt puto veriſſime concludo huiuſmodi inueſtiturã, tam quia legitima, tum quia pura, & perfecta eſt morte concedentis non extingui, ſed ad quemlibet ipſius in feudo ſucceſſorem pertinere, & porrigi.

99 Non ab re autem, hoc loco velut exceſſus, illud, quod quæſiturus eſt aliquis, hic ſubiungitur. quanam actione ſcilicet ſucceſſor non hæres in feudo ex pacto & prouidentia, inueſtito teneabitur denegans conceſſi feudi poſſeſſionem die mortis feudatarij adueniente illi tradere reſpondetur. (vt paucis abſoluam, quia afferre multa poſſem) eadem, qua ſucceſſor in prælatura vbi præteritus prælatus de feudo, quod iam ſibi iure apertum fuerat ſola inueſtitura facta ante obire contingerit, quam inueſtitũ in feudi poſſeſſionem induxerit, aut illam quoquo pacto tradiderit.

100 Certum eſt enim hanc inueſtituram valere, & prælatum ſucceſſorem ex illa teneri. Poſtremo quod Andr. ſcribit in d. c. moribus ius inueſtituras faciendi de feudis viuentiũ ad ſolũ Principem ſpectare videamus, ne id falſum ſit, quia repugnat tex. d. c. 1. qui ſucc. tene. cum ſimil. in quibus omnibus nullum omnino verbũ ſit de Principe, ſed ſimpliciter loquũtur, & indiſtincte, vnde omnibus qui modo ſint de compreh enſis in prima rub. feudalium conſuetudinum recte adaptari poſſunt, nec cauſa vlla eſt quare ad ſolum Principem illos contrahamus, ac non potius vt generaliter leguntur,

& geen-

& generaliter accipiemus d. l. 1. §. quod autem de aleat. l. de pretioſſ. de public. cum ceteris ſupra citatis.

Nec enim in ſupremo Principe legem erat opus conſtituere, vt inueſtituram de viuentis feudo poſſet facere qui, & ſolutus eſt legibus lege Princeps ff. de leg. l. digna vox cod. eodem, & citra legem poteſt omnia, nulliſque iuris ſolemnitatibus obſtrictus eſt l. omnium cod. de teſtam. Andr. in cap. primo §. ſciendum ad fin. quemadmodum feu. ad fil. pertin. cuius nulli mortalium fas eſt dicere cur, ita faciſ. Bald. in leg. fin. colum. 2. cod. ſentent. reſcind. non poſſe. Dec. conſ. 588. col. 1. Afflict. quæ ſint reg. in princ. num. 96. quia eſt corporatus Deus in Regno ſuo ait Bald. in leg. imperialem §. illud col fin. de prohib. feud. alien. per Fed. Iſer. quæ ſint reg. in principio numer. 69 Caſſan. in conſuetud. Burg. rub. 8. §. 3. in verbo ab inteſtato numer. 23. & ſeq. ideo à ſubiectis adorari debet Regia ſubiectione, & adoratione, ait Petr. Belluc. ſpecul. Princip. rub. 6. numer. 3. Iſer. quæ ſint reg. verſ. ad felicem noſtri numinis. quinimo de ſupremo Principe, nullo quidem pacto loqui poſſunt viua ratione, quia laico ibi opponitur Prælatus, vt Epiſcopus, Archiepiſcopus, & ſimiles, igitur Laicus ille omnino accipiendus eſt priuatus, & alius à ſupremo Principe, quia ſi tex. illi de Principe intellexiſſent mala, & inepta fuiſſet oppoſitio vni ſupremo Principi, ſupremum etiam Prælatum; ideſt Summum Pontificem oppoſuiſſent, quod certe nemo niſi cui recta ratio, & communis ſenſus deficiat inficiabitur. Cæterum, vt verum, id eſſet, non tamen procederet, vbi conſentiente Feudatario tenente feudum inueſtitura facta eſſet, tunc enim ceſſaret ratio, quam Andr. affert. quaque ſola nititur, votum ſcilicet captandæ mortis, nec actus eſſet exorbitans, ſed fauorabilis, vt ſcribentes omnes notant in dicta l. fin. c. de pact. quam obrem tali caſu etiam ab inferiobus ſatis recte fieri poterit, etiam in Regno de excadentialibus (vt vocant) & concedi ſolitis in

(Margin: 101 beside "dicere cur"; 102 beside "debet Regia"; 103 beside "gno de excadentialibus")

quibus ex conſtitutione conſtitution. diuæ memoriæ nihil eſt immutatum, ſed in puris terminis iuris communis ſeudorum illa relicta ſunt. Hæc ita vera eſſe arbitror, ſi modo is qui feudum, de quo inueſtitura facta eſt poſſidet, nec filios habeat legitimos ſucceſſores in feudo quem admodum omnes tex. ſupra citati loquuntur, & hanc qualitatem præciſe requirere videntur. ceterum, ſi aut filios, aut alios legitimos ſucceſſores haberet, qui eo mortuo ad feudum vocarentur, prorſus fateor inueſtituram de illius feudo ſub illius ſuorumque deſcendentium mortis conditione non niſi à ſolo Principe fieri poſſe, non tamen debere fieri, quia mali exempli eſſet, & bono prudentique Principe indigna, atq; hoc caſu Andr. ceterorumque doctorum ſententia vera eſſe poſſet, & non alio. Summa tex. cap. 1. &c. ſi quis inueſtitus qui ſucceſſ. ten. & c. moribus ſi de feud. defunct. milit. controu. fuer. loquuntur de feudo ex pacto, & prouidentia, non autem hæreditario, quod illo iure prorſus eſt incognitum, nec vt inueſtitura decedente inueſtitore antequam feudum ei aperiatur non expiret neceſſe eſt ſuccedentem in feudo hæredem quoque inueſtientis eſſe, ſed etiã ſi ſucceſſor tantũ ſit die aduentiente illam ratam facere omnino cogitur quia inueſtitura non eſt conditionalis, ſed in diem, nec tex. qualitati hæreditariæ, quæ quantum ad hoc non eſt conſiderabilis, nec attendenda, ſed ſolum validitati, & inualiditati actus innituntur.

IOANNIS ALOYSII
M O R M I L I S

Iuriſconſulti Patricij Clariſſimi.

PHILIPPI TERTII REGVM

MAXIMI CONSILIARII, ET IN Supremo Regiæ Cameræ Tribunali Regni Neapolis Præſidis integerrimi.

S I N G V L A R I A

In eiuſdem Regni Conſtitutiones, & Capitula.

Ad Conſtitutionem In aliquibus. de ſucceſſione filiorum, Comitum, & Baronum.

S V M M A R I V M.

1 PAtruus vtrum excludat nepotem in feudis, & quid in nepte.
2 Frater, ſoror, & nepos hodie ſuccedunt fratri, & patruo in feudis nouis ex noua gratia conceſſa regno in anno 1586.
3 Patruus, & amita non ſuccedunt in feudo nouo quamuis ſint in 3. gradu ſicut nepotes, & quæ eſt differentiæ ratio.
4 Femina vtrum admittatur, quando maſculus repudiauit.
5 Femina an admittatur ad bona peruenta ad patrem per mortem filij qui ſucceſſerat matri.
6 Filius legitimatus an excludat feminas.
7 Feminæ vtrum admittantur mortuo maſculo poſt mortem patris.
8 Clericus an excludat feminas, & conſtitutio hæc an procedat in hereditate clerici.
9 Portio monialis excluſæ per ſtatutum vtrum applicetur fratri vtrinq; coniuncto vel vterino.
10 Legatum factum filiæ cenſetur in cauſam dotis.
11 Filiorum appellatione an veniant feminæ, & quid appellatione proximorum.
12 Statutum excludens dotatam intelligitur de bonis dotantis.
13 Filiæ dotatæ an computentur in numero filiorũ in liquidatione vitæ, & militiæ.
14 Conuentio vel ſtatutum excludens feminas ſtantibus maſculis valet & nu. 26.
15 Alimenta data filiæ donec maritetur, an computentur in dotem, & an extinguant intereſſe paragij.
16 Intereſſe paragij liquidatur ad rationem quinq; pro centenario.
17 Filia dotata à patre an excludatur à ſucceſſione fratris.
18 Intellectus huius conſtitutionis in illis verbis fratres, aut ſorores.
19 Patrueles an excludant feminas.

20 Filia an poſſit dicere teſtamentum nullum.
21 Ius dicendi teſtamentum nullum, an tranſmittatur.
22 Filij familias an excludant feminas.
23 Filius natus, & mortuus ad huc non adita hæreditate an excludat fæminam.
24 Statutum excludens feminas propter maſculos, non procedit maſculo effecto monaco, vel repudiante hæreditatem.
25 Filia fæmina an faciat deficere fideicommiſſum.
26 Dos non poteſt eſſe minius legitima, & quomodo liquidatur num. 27.
28 Dos petitur condictione ſtatuti.
29 Filia mortua ſine liberis cui reuertitur dos ad dotantes vel ad ſuos heredes.
30 Dos congrua dicitur attento tẽpore matrimonij non matris aut patris dotātis.
31 Agnatus remotior ſi ſit inſtitutus, & etiam filij ſecundogeniti an valeat inſtitutio in feudis.
32 Filie ingredienti monaſterium debetur paragium.
33 Paragium quomodo liquidatur.
34 Actio pro paragio an competat contra tertios poſſeſſores.
35 Legatum filie ſi nubat an tranſmittatur ad heredes.
36 Fideicommiſſum an imponi poſſit ſuper dote, ſeu legitima debita filie.
37 Conſtitutio hæc procedit ab inteſtato non ex teſtamento.
38 Neptis ex filio an excludat amitam, & 43.
39 Poteſtas dotandi de paragio tranſmittitur.
40 Conſtitutio iſta ligat Iudæos.
41 Alimentandi onus quibus ſpectat in terminis huius conſtitutionis.
43 Addohe onus an minuat paragium.
44 Femina an ſuccedat cum alijs in emphyteoſi conceſſa pro ſe, & filijs.
45 Dotatio debet fieri de bonis eius de cuius ſucceſſione agitur.
46 Conſtitutio hæc an procedat in hæreditate matris.
47 Conſtitutio hæc excludit clericos à feudis.
48 Conſtitutio an procedat tam in allodijs, quam feudis.
49 Milites Hieroſolimitani, Sancti Iacobi, Clerici, & alij an ſint capaces feudorum, & vite militie.
50 Vita, & militia an debeatur Clericis, vel Prælatis.
51 Cardinales an ſint capaces feudorum, & vite militiæ.
52 Conſtitutio hec procedit tam in filiabus, quam nepotibus.
53 Paragium an peti poſſit a tertio poſſeſſore.

1 *EX ornando materiam huius conſtitutionis; an Patruus in feudis excludat neptem ex primo genito, vide Gram. deciſ. 1. Couarr. pract. quæſt. cap. 38. de Ponte Regens in conſil. 40. num. 68. & in ſuo tract. de poteſt. Proreg. fol. 462. num. 8. cum ſequ. Andr. de Georg. alleg. 9. num. 28. vbi plures allegat deciſiones S.C. quod neptis ex primo genito excludat patruum: de Franch. deciſ. 32. num. 5. & 8. Tiraquell. in tract. de iure primo genit. in q. 40. qui poſt multa inclinat pro nepte, & Molin. de primo genet. Hiſp. lib. 3. c. 6.*

Et quod in feudis nouis, hodie in regno frater ſuccedit fratri nō obſtan-

obſtãte clauſula apponi ſolita in inueſtitura pro ſe & hæred.
ex corpore legitime deſcẽdentibus, cuius virtute fratres ex- 2
cludũtur. Sed ex noua gratia huic Regno edita per Sereniſſi
mum et potentiſſimum Dominum noſtrũ Filippum Secun-
dum Regem immortalis Memoriæ in anno 1586. impreſ-
ſa inter Capitula, & gratias huius Ciuitatis fol. 179. &
181. vocati ſunt ad ſucceſſionem feudi noui fratres & ſoro-
res ac nepotes ex eis deſcendentes, & non vltra. & hoc iure
vtimur hodie in Regno. Sed quid dices de amita, & patruo
an ſuccedant in feudo nouo, ſicut ſuccedunt nepotes? poſſet di- 3
ci, quod ſic, quia ſunt in eodem tertio gradu, ſicut nepotes qui
iam ſunt vocati per dictam nouam gratiam: Veritas eſt
quod non ſuccedunt; differentiæ ratio eſt iſta, quia noua
gratia edita in dicto anno 1586. vocat atq; enumerat per-
ſonas, & non gradus, & ſic non extenditur extra perſonas
nepotum ibi enumeratas. Conſtitutio vero regni, vt de ſuc-
ceſſionibus, quæ loquitur de ſucceſſione in feudis antiquis vo-
cat gradus vſq; ad tertium, & non perſonas. ideo includit
patruos, & amitas & hæc eſt vera deciſionis ratio.

Et an filijs maſculis repudiantibus hæreditatem admittantur
fœminæ, non obſtante iſta conſtitutione, Socc. ſcribit in l. Cẽ- 4
turio ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Dec. conſ. 87. vol. primo,
& Io: Thom. Minad. in repet. huius conſtitutionis nu. 48.
in 2. notab. dicit, quod fœmina habet ius ſuum ſuſpenſum,
donec ſupereſt maſculus, qui ſi non ſupereſt, vel moritur,
vel non vult, ipſa ſuccedat. 5

An filia debeat habere bona peruenta ad patrem ex morte filij
maſculi; qui ſucceſſerat matri ſuæ, non obſtante ſtatuto ex-
cludente ipſam à bonis paternis, & maternis, Io. de Ne-
uiz. in ſua Silua nupt. in verb. diuit. non eſt nubend. &
Dec. in d. conſ. 87. 6

Et an filius legitimatus excludat fœminas Dec. in conſ. 353.
& 383. & Capyc. dec. 194. Octauius Bammacarius late in
cap. naturales ſi de feudo defu. milit.

Sed an ſi ſupereſt maſculus poſt mortem patris, admittantur 7
fœminæ, mortuo poſtea maſculo, Bal. in auth. ſed ſi quis C.

de

de 2. nupt. Socc. conſ. 5. & conſ. 150. primo vol. Bar. in l. fin. §. fin. ad Tertull. & Iſer. notat in cap. primo de eo qui ſib. & hæred. ſuis.

8 Clericus in terminis huius conſtitutionis an excludat fœminas et an habeat locum hæc conſtitutio in hæreditate Clerici Dec. in cap. eccl. Sanctæ Mariæ num. 70. de conſtit.

Et an admittatur ad bona delata ex cõſuetudine, ſcribit Gemi. in cap. grandi de ſuppl. neglig. Prælat.

Et quod in tantum præfertur maſculus, quod etiam ſi eſſet conuentum primo naſcituro aliquid dari ſi primo naſcatur fœmina, non ſibi deberi Gugl. de Bened. in cap. Raynutius fol. 319. nu. 175.

9 Sed an portio Monialis excluſæ à ſtatuto, applicetur fratri vtrinq; coniuncto, an etiam vterino, & an ſtante ſtatuto,

10 quod filiæ fœminæ dotatæ non ſuccedant, exiſtentibus maſculis, intelligatur de maſculis ex eod. matrim. ita quod per vterinos tantum non excluderentur Socc. notanter ſcribit in conſ. 241. 2. vol.

Aduerte etiam quod ſi pater legat mille ſimpliciter filiæ, intelligitur legare pro dote, & excluditur à ſtatuto, ita dixit Iacob. de Sancto Georg. poſt Bar. in l. quod autem ff. de iur. dot. quæ concluſio probari poteſt ex his, quæ habentur in l. ſi cum dotem §. ſi pater ff. ſol. matrim.

11 Et quod appellatione filiorum etiam in teſtamento nõ veniant fœminæ ſtante prædicto ſtatuto, & an veniant appellatione

12 proximiorum vidde Ant. Rub. conſ. 106. viſo ſopradicto caſu, &c. vbi etiam dixit, quod ſtatutum excludens mulierem dotatam, intelligitur ecludere a bonis dotantis.

13 Vtrum autem filiæ fœminæ dotatæ excluſæ per ſtatutum, computentur in numero filiorum circa taxationem, & liquidationem vitæ, & militiæ, decidit Capyc. deciſ. 158. ſed vide omnino Tiraq. de iur. retract. fol. 48. Bal. in l. omnimodo & in auth. nouiſſima C. de inoff. teſtam. Guid. Pap. d. 295. Rom. & alij in l. vnica. C. quand. non pet. part. Alex. in l. plene §. duobus ff. de leg. primo Socc. conſ. 54. col. pen. et fin. primo vol. et conſ. 78. col. 3. et fin. vol. 3. et pluries fuit deciſum in

S.C. vt

S.C. vt per dominum de Franch. d. 549. per tot. vbi declarat quomodo ſit facienda liquidatio legitimæ, et vltra hos vide Boer. d. 104. Ann. ſing. 215. qui plures cumulat Dec. reſp. 46 lib. 4. Port. Imol. comm. opin. lib. 3. concl. 5. Ant. Gabr. comm. opin. lib. 6. tit. de legit. concl. 2. Soccin. Iun. cõſ. 25 lib. primo Caual. d. 8. par. 3. Petra de fideicom. fol. 598. Theſſ. Pedamont. d. 159.

Quid autem ſi Pater legat cum hoc quod non poſſit plus petere? an excludantur propterea à ſucceſſione matris. Angel. in teſtam. ſuo in verſ. & quod non poſſit plus petere, & Minad. in hac conſtit. num. 61. cum plurib. ſeq. fol. 51. per plures columnas.

Non eſt etiam omittendum, quod conuentio, vel Priuilegium, ſeu ſtatutum excludens fæminas, ſtantibus maſculis, etiam ab vniuerſitate bonorum valet, & tenet, & hinc eſt, quod 14 fæminæ de domo Illuſtriſſ. de Sanſeuerino non ſuccedunt, vt Anchar. conſuluit conſ. 264. & Loffr. tradit conſ. 14. nu. 27. & latè Boer. d. 57. & Guid. Pap. dec. 82.

Sed an frater, qui tenetur præſtare alimenta, donec dotem præſtet deducantur, ſeu imputentur alimenta in dotem Bar. no 15 tat in l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb. vbi decidit, quod non, & idem tradit Ann. in alleg. 70. nu. 17.

Addo quod alimẽta præſtita ſorori donec nuptiis tradatur extingunt intereſſe paragij debiti per primogenitum adeo quod intereſſe paragij nõ currit à die mortis patris, ſed à a die matrimonij quo ſoror poſt mortem patris fuit alimentata, & hoc intereſſe paragij liquidatur ad rationem quinque pro centenario poſt dominũ de Franchis hæc omnia iunctis au- 16 lis fuerunt deciſa in dicta cauſa Illuſtriſſ. Marchioniſſe Roboris cum Domino Latino Vrſino Petrus de Gregorio in tractatu de dote de paragio quæſt. 25.

Aduerte etiam, quod filia dotata à patre, excluditur à ſucceſſione fratris ſecundum glo. in conſt. vt de ſucceſſ. in verbo do 17 tate, ſed contrarium decidit littera Reginæ Ioannæ, quæ incipit vniuerſis, & ſingulis ſub rubr. de ſucc. ſoror. fratri præmort. & quando excluditur, & quando non, & pro de-

clarationem, vidde Afflict. d. 248. & hic 4. notab. quæſtione x. & vidde Lanar. conſ. 60. num. 146. et conſ. 49. num. 8. & Fab. de Ann. in conſ. 45. latiſſimè per totum.

18 *Dixit etiam Arnon. caut. 76. Nepotem non excludere amitam de paragio, ſed tamen hæc conſtitutio videtur dicere contrarium, ibi fratres, aut nepotes, & ideo aduertas, quod iſta conſtitutio loquitur moriente patre, vel Auo, vt frater, vel nepos ſuperſtes poſſint maritare, non autem alij deſcendentes ab eis, pro intellectu huius conſtitutionis.*

19 *Sed an fratres Patrueles excludant fœminas Dec. conſ. 461.*

Et aduerte, quod ab hæreditate dotantis tantum excluduntur & excluſio videtur facta ſolum in perſonis expreſſis, & intelligitur quod dotata ſit cum effectu, & tempore mortis, ita notabiliter ſcribit Dec. conſ. 589.

20 *Vtrum autem filia in caſu huius conſtitutionis poſſit dicere teſtamentum nullum, & quæ dicatur competenter dotata Dec. conſ. 505.*

Et quod ſtante ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat. Teſtamentum Patris in quo non eſt inſtituta, vel exhæredata filia prædicta, non poteſt dici nullum ex cauſa præteritionis, conſulit Angel. conſ. 132. col. fin. propè fin.

21 *Sed an mortuis fratribus poſt mortem patris poſſit dicere teſtamentum nullum, vel retro nullum, & an ſi deceſſerit iſta filia tranſmittat ius dicendi nullum, vide omnino Bal. in l. 2. verſic. extra quæro cod. de liber. præterit. & dominum de Franch. dec. 618. num. primo.*

22 *Quid autem ſi ſuperſint filij filiorum, an excludant fœminas tex. hic videtur dicere, quod ſic, ibi, Nepotes, ſed vidde Socc. conſ. 9. 3. vol. vbi notanter ſcribit.*

Et quod ſtatutum excludens mulierem dotatam à ſucceſſione; excludit ſolum a ſucceſſione dotantis, addendo prædictis, ſcribit Angel. conſ. 122. circa fin. vbi propterea concludit filiã dotatam de bonis patris non excludi a ſucceſſione matris.

23 *Statutum, quod excludit filiam ab hæreditate paterna, vel materna, propter maſculos, an habeat locum in filio nato, ſed mortuo, vel non adeunte, vidde ſolemniter per Arct. conſ. 261. vbi plura notabilia dixit.* Et

Digitized by Google

Et quod ſi ex form[a] ſtatuti maſculus excludit fœminam ſatis eſt, quod tempore mortis maſculus ſuperſit, & adeat hæreditatem, licet poſtea ipſe maſculus moriatur ſine filijs, conſuluit Aret. conſ. 159. viſo puncto colum. penult. in verſic. circa ſecundum, et ratio eſt, quia tractatur non de hæreditate primi morientis, ſed de hæreditate filij, in cuius patrimonium tranſiuit hæreditas Paterna, vt ibi per eum, qui etiam notabiliter ſubdit prædictam concluſionem procedere etiam ſi filius non adijſſet hæreditatem Paternam, quia nihilominus ex quo tranſmiſit eam ad ſuos hæredes, ipſi poſſent adire ex perſona filij tranſmittentis, & excludere filiam.

Et notandum eſt, quod Aretin. concludit in prælleg. conſ. 162. colum. pen. circa med. vbi dixit, quod quando ſtatutum excludit filiam fœminam ab hæreditate paterna, vel materna 24
propter filium maſculum, non habet locum ſi filius maſculus natus fuerit ante aditam hæreditatem, vel ſi illam repudiauerit, vel ſi fuerit effectus frater minor obſeruantinus, vel quouis alio modo non adiuerit, nam tunc filia fœmina admittitur vt ibi per eum.

Et ſi filia eſt dotata à patre, & demum in teſtamento præterita, an filijs mortuis poſſit impugnare teſtamentum, addendo iam dictis, vidde Affl. d. 258. & Bal. in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſth.

Vtrum autem filia fœmina ſtante hoc ſtatuto faciat deficere 25
fideicommiſſum, ſi deceſſerit ſine liberis, ſcribit Dec. cõſ. 495.

Conuentio autem inter affines, quod fœmina non ſuccedat, an 26
valeat vidde Dec. conſ. 516.

Aret. conſil. 143. viſa conſultat. colum. 1. & ſeq. dixit circa materiam huius conſtitutionis, quod ſi ex diſpenſatione ſtatuti excluditur filia dotata à ſucceſſione matris quam diu ſuperſit maſculus ex ea, talis filia eſt excluſa temporaliter, & non in perpetuum, & ibi etiam vidde in his terminis qualiter intelligatur aliud ſtatutum, de quo ibi per eum prima col. vbi etiam colum. penult. verſ. 2. hoc colligitur. An filia ex maſculo, ita excludat fœminam ſicut maſculus, & ibi

etiam per eum col. 2. verſ. quid etiam ſentit, an filius maſculus ſi non adierit hæreditatem, eam tranſmittat ad ſuos hæredes, qui ex perſona tranſmittentis, excludant filiam fœminam & dicit quod ſic.

Sed aduerte circa prædicta, quia dos nunquam poteſt eſſe minus
26 *legitima, licet maior ſic, vt plenè ſcribit Socc. in l. hæredes mei § cum ita ad Trebell. & vide Curt. Sen. in notab. conſ. 38. et ſeq. vbi in terminis huius Conſtitutionis egregie conſuluit, & Curt. Iun. in auth. res quæ num. 8. C. comm. deleg.*

Dos non poteſt eſſe minor legitima, ſed poteſt aſcendere vſque ad virilem, vt pari nubat, vt Iſer. hic, & poſt eum Petrus de Gregorio late in tractat. de dote de paragio quæſt. 32. & 33. Dominus de Franchis deciſ. 44. & 87. numer. 11. Dominus de Ponte conſ. 65. Maranta diſputatione x. Don Garſia Maſtrillus in additione ad Petrum de Gregorio loco citato qui plures refert.

Vlterius etiam declarando tex. ibi ſecundum paragium, ad-
27 *do Bald. conſil. 386. 4. lib. vbi in terminis huius conſtitutionis conſuluit ſtante ſtatuto, quod filiæ debent maritari de paragio, paritas ſit intelligenda attenta conditione perſonæ, quantitate patrimonij, & numero filiorum, & non quantum pater dederit alijs, ſed quantum rõ dictat, ponderandũ erit inſpiciendo præcipuè conditionem perſonæ, & eleganter etiam ſcribit Curt. Jun. in dict. auth. res quæ num. 10. C. comm. deleg.*

28 *Et aduerte, quod dos, quæ debetur filiæ excluſa à ſtatuto, petetur ab ea condictione ex illo ſtatuto, Socc. conſ. 150. vol. 1. col. 7. & quando poſſit petere ſupplementum dotis, vide Dec. cõſ. 25. & Curt. in d. conſ. 39.*

An autem relicto maſculo Pupillo, & filia maiore tutrice, poſſit ipſa filia ſibi ſoluere dotem, vel paragium Bal. in l. cum ipſe C. de contrah. empt.

Quid autem ſi frater dotauit ſororem, & ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi, ſi deceſſerit ſine liberis, & illa inſtituit
29 *ſuum virum hæredem, quis præferatur? Lucas de Penna in l.*

in l. prima C. de impon. lucr. deſcrip. pen. col. & fin. notabiliter diſtinguit, confert etiam, quod Bal. cum ſua apoſtil. decidit in l. fin. col. 2. verſ. ſed pone quòd ſtatutum dicat C. de dot. promiſſ. vbi notabiliter dixit, quod ſi ex forma ſtatuti filia dotata excluditur, ſi pater filiam dotauerit, nec fuerit dotem ſtipulatus ipſi filiæ, ſed ſibi, & ſuis hæredibus, tenentur hæredes prædictam ſtipulationem remittere mulieri D. de Franchis deciſ. 57. primo vol.

An dicatur filia competenter dotata; & ſecundum paragium ſi attento tempore matrimonii dos erat congrua, ſed inſpecto tempore mortis patris dotantis; erat incongrua, & quod tempus ſpectandum ſit, vt dos dicatur congrua, Dec. not. in conſil. 276. & Luc. de Penn. in leg. fin. C. quando, & quib. quarta pars debeatur libr. 10. & in leg. his C. de præd. nauicul. & Iaſ. in auth. nouiſſima C. de inoff. teſtam. fuit tamen deciſum in Sac. Conſil. quod attendatur tempus matrimonij, & ita reperi poſtea dixiſſe Bald. & Paul. de Caſtr. in auth. res quæ C. comm. de leg. ad quod vide Gram. d. 60. 30

Et circa materiam huius Conſtitutionis addo etiam quid ſi eſt inſtitutus à patre alius quam ſucceſſurus ab inteſtato, Dec. conſil. 296.

Quod in allodio valet nõ in feudis abſq; Regis aſſenſu c. 1. de ſucceſſio feudi c. 1. & 2. ſi de feudo defuncti militis contr. feu.

Et an intelligatur rennuciatum iuri obuenienti ex perſona matris, vel patris tranſeuntis ad ſecunda vota Dec. conſ. 206. 31

Adde inſuper, quod iſta conſtitutio procedit etiam ſi filia nolit nubere, ſed ingredi in monaſterium, quia debet dotari. Ita Bal. in l. fin. col. 2. verſ. ſed pone C. de dot. promiſſ. vbi etiã quod nolit nubere, nec religionem intrare? & Iſer. hic col. 8. poſt princip. in verſ. quid ſi frater vult dare, & Bal. in præall. l. fin. C. de dot. promiſſ. 32

Declarando tex. ibi ſecundum paragium quantum ſit paragium, Andr. hic colum. penul. & Afflict. deciſ. 160. & quod ſit vt æs alienum Affli. deci. 161. et Regens de Ponte te-

ne declarat quantum ſit hoc paragium conſ. 65. num. 2. 3.
33 & 8. & 12. & 15. & conſ. 79. num. 10. & num. 4. & conſ. 45. num. 6. Lanar. conſ. 70 num. 4. Mynad. conſ. 2. num. 5. & in repet. huius conſtit. primo notab. num. 21. Fab. de Ann. conſ. 6. numer. x. & conſ. 75. num. 8. Ann. pater. in alleg. 70. de Franch. dec. 87. numer. 12. & 44. & num. 3. & num. primo, et dec. 608. num. 2. Petrus de Gregorio in tracta. de paragio q. 32. & 33.

34 Et an agitur pro paragio contra tertios poſſeſſores, Affl. d. 162. Dec. conſ. 276. & conſ. 261. & conſ. 503. plura ad materiam quando filia dotata excludatur, & quid ſi non habuit integrum paragium, & quid ſi renunciauit, & alia plura notabilia, vide per Iſer, & Affl. in cap. primo de natur. ſucc. feud.

Et in terminis huius conſtitutionis, quod ſufficit filiæ eſſe legatam dotem, licet non fuerit actu dotata Paul. de Caſtr. conſ. 322. vol. primo, vbi multum inſiſtit an legatum pro dote dicatur proprè dos, vt gaudeat priuilegio dotis, & ibi etiam conſuluit, quod legatum factum filiabus pro dote, eſt condi-
35 tionale ſi nubant, ideoque mortuæ ante nuptias legitimè contractas ad ſuos hæredes non tranſmictunt, nec enim reijcitur onus, veluti de legitima, quando ex forma ſtatuti excludebantur ab inteſtato, puta extantibus maſculis, filia fæmina non ſuccedat iux. iſtam conſtitutionem, & per Paul. de Caſtr. d. conſ. 322, vol. 1. ad quod vide Vinc. de Franch. dec. 618. num. 2. & propterea dixit Bart. in l. Titio centũ
36 §. Titio genero ff. de cond. & demonſtr. quod pater, qui reliquit filiæ tercenta pro ſe maritanda, non poteſt illam grauare de reſtituendo ſi ſine liberis deceſſerit, quatenus contingit debitum bonorum ſubſidium, ſeu legitimam ipſi filiæ competentem, quatenus vero excederet, bene poteſt grauare. Et ſi pater inſtituit filium, filiæ autem reliquit mille pro dote, in quibus ipſam hæredem inſtituit, dictamque quantitatem filiam habere voluit tempore nuptiarum, vel cum intrauerit monaſterium, ſi nubere noluerit nihilominus filia dictã quantitatem ſtatim petere poſſit, & ſtatim ipſi filiæ dictã

quan-

Digitized by Google

quantitas ſolui debet non expectato, quod nupſerit, vel monaſterium intrauerit, ex quo iſta portio pro dote, vel dos debita filiabus per iſtam conſtitutionem ſuccedit loco legitimæ portionis, ſeu bonorum ſubſidij; & per omnia vices legitimæ ſubſtinet, cui non poteſt adijci conditionis dilatio, ſiue mora l. quoniã in prioribus C. de inoff. teſt. & ibi Alber. col. 2. & in l. qui negotiatione §. pupillo ff. de adminiſtr. tut. vbi et dicit quod ex prædictis patet, quod ſi iſta filia decedat, talem, portionem tanquam puram tranſmittit ad hæredes ſuos, nõ autem remanebit penes filium, ſeu alium hæredem tanquã conditionalis, vt quidam dicebant per tex. in l. vnica §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc. tollend. ita probat tex. in l. pen. C. quando dies leg. ced. & in d. l. qui negotiatione Alber. dixit, quod iſta conſtitutio procedit ſolum ab inteſtato, non autem ex teſtamento, & ſic tenet dominus de Franch. in d. 6. 1 8. num. 2. & ſubdit Alber. loc. præalleg. 37
quod iſta filia fortè debet inſtitui, alias teſtamententum eſſet nullum per auth. nouiſſima C. de inoff. teſtam. & iſtam quæſtionem dicit habuiſſe in facto, & ita obtentum fuiſſet, niſi in teſtamento cauſula Codicillaris adfuiſſet per quam dicebatur filia rogata reſtituere quarta retencta. qui etiam ſubdit ibidem, quod in caſu prædicto quando pater inſtituit filium, & filiæ reliquit ſeptingenta pro dote, vel ſi nubere noluerit cum intrauerit monaſterium, quo caſu concluſum eſt, quod portio filiæ quatenus contingit legitimam, ſtatim peti poteſt, non expectatis nuptijs, vel ingreſſu monaſterij, ſi vterque, & filius, & filia eundem tutorem habeat, qui tutor noluerit eligere viam prædictam, ſtatim petendo dictam quantitatem relictam, ſeparando etiam portionem filiæ à portione filij, et eam fænori dando, vel aliter collocando pro vtilitate filiæ, & ex inde eam alere, ſed velit puellam alere de bonis filij hæredis, & tempore nuptiarum habere integram ſummam eidem puellæ relictam, non imputatis alimentis, certè dicit ibi Alber. quod dictus Tutor poteſt etiam iſtam ſecundã viam eligere, quia cum frater dotare teneatur, donec dotem præſtet, tenetur interim ſororem alere de ſuo, nec poteſt ſibi im-

putare

putare in relicta dote, caſus eſt notabilis in l. qui filium ff. ubi pupill. educar. deb. ubi Bar. expreſſe notat, & ſic concludit etiam Ann. in alleg. 70. num. 17.

Tetigit etiam Alber. in terminis huius conſtitutionis ſi deceſſit
38 pater, relictis filio, & filia, & poſtea iſte filius antequam maritaſſet ſororem deceſſit relicta filia, an dicta filia poſſit dotando amitam excludere illam, ſicut poterat pater eius, iux. iſtam conſtitutionem, Alber. in l. ex pluribus ff. de adminiſtr. tutor. arguit, quod poteſt amitam excludere, quia cum filia ſit hæres vniuerſalis patris ſui, in omne eius ius ſuccedit vt l. hærede ff. de reg. iur. ita quod ſufficit ſemel perueniſſe hæreditatem ad caſum, quo amita debeat eſſe dote contenta, arg. leg. cuius bonis ff. de cura. fur. dan. & l. ſi quis hac verſ. iudicium ff. de oper. liberi. & pro iſta parte videtur tex. in l. ſi minoris ff. de adminiſtr. tut. Contrarium tamen decidit Alber. quod immo amita veniat æqualiter ad ſucceſſionem, quia licet frater ſuus habuerit priuilegium ſuccedendi inſolidum ea dotata, tamen iſtud priuilegium non tranſiuit ad eius filiam, quia erat priuilegium perſonale fratris propter dignitatem ſeſſus maſculini, & pro amita etiam contra filiã facit, quia aliqua conceduntur maſculis, quæ non fœminis l. in multis ff. de ſtatu homin. & in l. prima C. de adult. & quia ceſſat cauſa excludendi amitam, & quia conſtitutio iſta voluit ſucceſſionem remanere maſculis, & pondera, quod Alber. loquitur, quando frater deceſſit, relicta filia fœmina, quæ prætendebat excludere Amitam quaſi innuat, ſecus eſſe ſi deceſſerit, relicto filio maſculo, quia tunc excluderet Amitam, tamen Arno. caut. 76. in terminis huius conſtitutionis indiſtinctè tenet, nepotem non excludere amitam, & adducit alia iura, & rationes, tamen eius concluſio videtur apertè contra tex. huius conſtitutionis, et contrarium etiam videtur conſuluiſſe Aret. conſ. 159. viſo puncto, verſ. circa ſecundum, vbi tenet, quod ſufficit, quod tempore mortis patris, maſculus ſuperſit, & adierit hæreditatem patris, licet poſtea maſculus moriatur ſine filijs, & ratio eſt, quia tractatur non de hæreditate primi morientis, ſed filij, in

cuius

*cuius patrimonium tranſiuit hæreditas paterna; qui etiam
ſubdit hoc procedere adhuc ſi filius non adijſſet hæreditatem,
quia nihilominus ex quo tranſmittit eam ad ſuos hæredes, ip-
ſi poſſent adire, & excludere amitam.*

*Ex quibus etiam poterit colligi ſecundum Aret. quod iſtud ius,
ſeu beneficium dotandi de paragio, iux. iſtam conſtitutionẽ
tranſmittitur, quod eſt maximi momenti, concluditur etiam* 39
*ex prædictis ſecundum Aret. d. conſ. 158. contra præceden-
tem concluſionem, Alber. in d. l. ex pluribus ff. de admin. tut.
& Arnon. in d. caut. 76. quod imò in terminis huius con-
ſtitutionis, patre mortuo, qui reliquit filiũ, & filiã, & ante-
quam frater ſororem dotaret, deceſſit, relicta filia, amita nõ
ſuccedat tanquam hæres cum nepte, ſed debet dotari, & ſola
neptis ſuccedet, excluſa amita, ratio eſt, quia ex morte pa-
tris iam acquiſitum fuit ius filio, & illud tranſmiſit filiæ ſuæ,
& ſic in hoc repræſentat perſonam patris ſui, & ſufficit ſemel
ius fuiſſe quæſitum, & ita reperio tenuiſſe eundem Alberic.
in l. Publio C. ad leg. Iul. de adult. & ita de facto dicit obti-
nuiſſe.*

*Sed ſi filius præmortuus fuiſſet ante patrem relicta filia, tunc ve-
ra eſſet prima opinio, quam tenuit idem Alber. in ſupra al-
legata l. ex pluribus ff. de admin. tut. & Arn. in d. caut. 26.
quod neptis non poteſt excludere amitam, quam concluſionẽ
comprobare poteris, ex dictis Aret. in ſupra alleg. conſ. 159.
& latius in conſ. 161. verſ. ſed forſitan dicet aliquis & cõſ.
143. & in proprijs terminis huius Conſtitutionis ſatis elegã
ter, idem tenet Fulgoſ. conſ. 8. Dominus Petr. Long. col. 2.
circa medium verſ. nam, & cum filiæ, licet contrarium fortè
colligi poſſit, quod immo neptis non poſſit excludere amitam
ut ibi per Fulgoſ. & alibi in conſ. 3. Religioſus vir in fin.*

*Inſuper eſt aduertandum; quod iſta conſtitutio ligat Iudeos ha-
bitantes in loco, vbi obſeruatur Io. de Ananya in cap. Iudei* 40
*el 2. in vlt. col. verſ. ex quibus de Iudeis, quem latius refert,
& ſequitur Paul. Pic. in l. Titia. §. Titia cum nuberet col.
53. in 20. quæſtione.*

Subinde ade iam dictis illud notandum, quod in caſu huius con-

ſtitutionis

ſtitutionis onus alimentandi non ſpectat ad matrem forte
41 tutricem filiarum, neq; ad ipſas filias, ſed ad fratres, vt tradit Bar. in l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb. & ibi Alber. & Alex. ad Bar. in l. Neſennius in pen. Apoſtill. ff. de neg geſt.

Et ſtante hoc ſtatuto, quod filia dotata ſtantibus maſculis non
42 ſuccedat Patri, an iſta facultas dotandi tranſeat ad hæredem maſculi, & excludatur fœmina, vide Iaſ. in l. cum mota num. 24. C. de tranſact. & in terminis huius conſtitutionis conſiderat tres caſus, aliquando enim ſtatutum purè loquitur hoc modo, exiſtentibus maſculis, fœmina non ſuccedat patri, ſed dotari debeat, & tunc dotandi facultas tranſit ad hæredem maſculi: Aliquando ſtatutum loquitur conditionaliter ſi mulier dotata fuit à patre, vel à fratribus, & tunc facultas dotandi non tranſit ad hæredes; Aliquando & tertio, verba ſtatuti ſunt dubia, quia poſſunt ſtare conditionaliter, vel modaliter, puta ſi ſtatutum dicat, quod filia dotata non ſuccedat patri, & tunc videtur concludere, quòd facultas dotandi non tranſit ad hæredes.

Et ibidem determinat Iaſ. quod ſi filius maſculus antequam
43 dotet ſorores, moriatur, relicta filia, benè poterit filia offerre dotem amitæ, & ipſam excludere, allegat Paul. de Caſtr. conſ. 109. ſuper primo dubio, & vide Bal. in l. ſi plures col. ante penul. verſ. iuxta prædicta C. de cond. inſert, & ibi in cauſa ſtatuti, quod filia dotata à patre non ſuccedat, concludit, quod ſi filius deceſſerit, relicta poſthuma in vtero, qui eam dotare non potuit, vel relicta filia infante, vel furioſa, fratres, qui ſunt hæredes vniuerſales non poſſunt dotando illam excludere, ſequitur Alex. conſ. 130. vol. 2. & Iaſ. in d. leg. cum mota col. 6. verſ. aliquando, & tertio, C. de tranſ.

Et in terminis huius conſtitutionis adde, quod filia, quæ non admittitur ad ſucceſſionem facit partè filio ſuccedenti in legitima, & computatur in numero Bal. conſ. 490. ſtatuto cauetur vol. 4. & conſ. 498. lib. 1. vbi plenè, & Cuman. conſ. 45. in fine, vbi in terminis huius Conſtitutionis quãta

ſit

ſit legitima, & de hoc plenè per Bart. in l. Pater filium num. 20. & 21. ff. de inoff. teſt.

Accidit in Sac. Conſ. quæſtio notabilis, & noua, vtrum in liquidatione paragij debiti 3. genitæ ſuper ſtatu amatricis onus addohe deducatur, vel illud ſpectet ſimpliciter ad primogenitum, & liquidatio paragij fieri debeat iuxta valorem feudi nulla habita conſideratione dicti oneris addohe debitæ Regiæ Curiæ Diſcuſſo articulo exactiſſime in duabus aulis votātibus octo Conſiliarijs cum Præſide fuerunt in paritate votorũ, & addita tertia aula fuit deciſum per tertio genita onus addohe non minuere paragium in cauſa Donne Iſabelle Vitellæ cum Beatrice Vitella de Ferrarijs Actuario, fuit deciſio noua, & ſinodalis die 9. Maij 1607. pœnes Secretarium in hoc articulo votauit Dominus Carolus Tapia Iureconſultus celeberrimus meritiſſimus Regens in Supremo Italico Conſ. vbi reſidet quoque dominus Don Berardinus de Montaluo olim collega meus eruditiſſimus, & integerrimus nunc Regens in eodem ſupremo Italico Conſilio. 43

Adde etiam dictis, quod ſi Pater ſimpliciter legat filiæ centum in teſtamento; intelligitur legare pro dote, & excluditur à ſtatuto, ita voluit Iacobin. de Sancto Georg. in leg. quid autem ff. de iure dot. Quod puto intelligi ſi filiæ eſſent nubilis ætatis, alias ſecus, vt ibi notatur per Alexand. in apoſt. ad Bart. & Angel. in tractat. de teſtament. gloſ. 4. & quod in Regno fæmina proximior excludit maſculum remotiorem dixit Guglielmus Pern. conſil. 19. verſic. nouiſſimè conſidero.

Et an ſtante hoc ſtatuto filia fæmina æqualiter debeat ſuccedere cum fratribus in emphytheuſim quã pater acceperat ab eccleſia pro ſe, & filijs, quod ſic tenet Bald. in auth. ſi quas ruinas col. 3. in fine verſ. ex hoc quæritur C. de Sacr. Sanct. eccl. contrarium tenet Bar. in l. vt ius iurandi §. ſi liberi de oper. liber. & conſ. 40. & 60. & Imol. in c. potuit de loc. & Bart. in l. hæredes mei §. cum ita, & ibi Angel. ad Trebell. & hæc opin. eſt magis communis. 44

Et nota, quod vt habeat locum hæc conſtitutio, duo copulatiuè requiruntur ad excludendam ſororem à ſucceſſione fratris, quod ſcilicet ſit ſoror dotata, & quod dotata fuerit de bonis, & ſubſtantia eius, de cuius ſucceſſione agitur, Luc. de Penn in l. fin. in verb. præmiſſorum c. quando, & quib. quar. pars deb.

45 *Addo, quod hæc conſtitutio procedit etiã in hæreditate materna de Franch. d. 667. & 171. Afflict. deciſ. 178. num. 5. &*

46 *etiam procedit, ſi filius ſit religioſus, vt ibi, ſed non procedit condito teſtamento.*

Hæc conſtitutio excludit Clericos à feudis, ſed an intelligi poſſit etiam reſpectu bonorum burgenſaticorum, vide Minad. in hac conſtitutione in verb. filiorum num. 22. & ibidem

47 *quod conſtitutio laicorum quantumcunque fauorabilis, non includat clericos ex defectu poteſtatis, et an hæc conſtitutio, dum loquitur de filijs extendatur ad nepotes, & quod*

48 *conſtitutio iſta habeat locum tam in bonis feudalibus, quam in allodialibus ibidem, & an habeat locum in ſorore, quæ ſe maritauit, ibidem in num. 20.*

Et circa excluſionem Clericorum à feudis, ac etiam à vita, & militia, vide, quæ longiori ſtylo ſcripſit Octauius Bambacarius in cap. qui clericus num. 73. 179. 75. 77. 147.

49 *numer. 109. & ſequentibus, vbi etiam loquitur de militib. Hieroſolimitanis an ſuccedãt in feudis, & an clericus dimittens habitum, mortuo patre ſtatim efficiatur in feudo ſucceſſibilis numer. 81. & an clericus effectus in fraudem agnatorum ſuccedat in feudum, vide ibi quæſtione 12. nu. 211. & an clericus 2. genitus effectus laicus ex diſpenſatione Summi Pontificis excludat 3. genitum à feudo nu. 149. & vtrum clericus ſit capax feudi conceſſi pro hæredibus quibuſcunque ibidem num. 129. ſed quid de militibus Sancti Iacobi de ſpada Calatrauæ, & Alcantaræ an in feudis, & maioratibus ſint ſucceſſibiles, dic, quod ſic, quia magis laici reputantur, quam clerici, ibidem numero 20. & 21. fol. 57. & 58.*

Sed an poſtquam ſunt Clerici in feudo inſucceſſibiles

Debeatur vita militia 2. genitis Clericis, vel Prælatis, & Cardinalibus quæ vita militia pars feudi eſſe dicitur? 50
Præſ. de Franch. in deciſ. 20. deciſum eſſe teſtatur deberi vitã militiã, ne dum Clericis ſecundo genitis, ſed etiam primogenitis, qui per aſſumptionem Clericatus ſucceſſionibus feudorum renuntiauerunt. Idque ante eum dicit fuiſſe deciſum Paris de Puteo de reintegritat. feudor. cap. 4. incip. nunc videndum numer. 31. vbi articulum iſtum ad partes diſputat, & Minad. in repet. huius conſtitutionis, dicit ſic tempore ſuo hic fuiſſe pro Clericis iudicatum in rubrica in verſic. filiorum numer. 7. & ante eos Afflict. in conſtitutione Comitibus 3. not. quæſt. 3. numer. 6. Petrus de Gregor. in tractat. de dot. & parag. quæſt. 4. numer. 6. Capyc. deciſ. 211. Io: Ant. de Nigr. ad c. Regn. alienat. num. 16. 51

Adde etiam, quod hæc conſtitutio Regni in aliquibus procedit ab inteſtato, & eſt correctoria iuris cõmunis Regens de Pont. conſ. 65. num. primo, et num. 13. & 14. & declaratur in conſ. 19. num. 22.

Adde etiam, quod hæc conſtitutio, quæ includit fæminas in ſucceſſione feudorum, non extantibus maſculis, illis extantibus ſtatuit deberi paragium tam in filiabus, quam in neptibus vt per l: Andr. de Georg. Regium Conſiliarium in alleg. 9. num. 11. & num. 14. Non tamen mulier tranſmittit paragium antequam nubat, vt in alleg. 9. num. 2. Quæ conſtitutio iubet maritari reſpiciendo frequentiam actus cum alioquin paragium debeatur etiam maritatæ, & dotatæ, ab alio, quam à Patre, vel fratre, vt in ead. allegatione 11. nume. 11. nec conſtitutio prædicta voluit modificare, aut minuere legitimam per dotem de paragio, vt ibi nu. 13. num. 15. & nu. 18. 52

Ac dum excludit fæminas, non porrigitur ad neptem ex filia Regens de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proreg. numer. 41. fol. 488.

Et quod hæc conſtitutio procedit etiam quando fæmina vult ſuccedere in feudo plano, & de tabula ſecundũ Vincentiũ de

Franch. d.7.num.1. & ne dum in ſucceſſione patris, ſed matris, vt per eundem in d.171. num. primo, & quid in ſucceſſione fratris ibidem nu. 2.

Ad argumentum illius deciſ. Domini de Franchis quod mulieres in regno ſuccedant in feudis planis, & de tabula dico eandem opinionem tenuiſſe Frecciam lib.3.tit.de differentijs inter feuda quaternata, & alia plana, & de tabula 23. differentia nu.30 fol.423. quibus addo. Nardum Lipar. ad Iſer. in cap. primo de eo qui ſibi, & hered. ſuis num. 2. verſ. conſtitutiones in fine Ioannem Thomam de Marinis de gener. & qualitate feudor. lib. primo tit. 11. de feudo fœmineo ſiue materno num. 27. in fine, Intrigliolum prima centuria de feudis q. 45. num. 215. & ſequentibus qui ad partes articulum diſputat. & hanc ſequitur opinionem Franciſus de Amicis fol. 29. verſ. & redeundo ad primam quæſtionem, & hæc comunis, & recepta in tribunalibus ſententia fundatur, eo præcipuo fundamento, quia conſtitutio, hæc, & ſi in rubro loquatur de ſucceſſione comitũ, & baronum tñ de omnibus feudis, & feudatarijs loquitur. De viuẽtibus iure Francorum, Longobardorum, & alijs burgenſibus ibi cuiuſcunq; Conditionis pater fuerit francus, videlicet, aut etiam Longobardus, miles vel burgenſis in ſucceſſione bonorum præferri volumus, &c. & reſpondet Freccia ad Afflict. in conſtitutione, vt de ſucceſſionibus vbi contrarium tenet eorum, quæ dixit in c.1.§. filia vero num. 8. verſ. & volo facere vos aduertentes de ſucceſſio. feudi, inquit .n. Marinus, quod Affl. in d. Conſt. vt de ſucceſsionibus oblitus fuit de hac conſtitutione in aliquibus, quæ in omnibus feudis loquitur, & pro hac etiam opinione non deſunt verba Iſer. in c.1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis num. 2. ibi per conſtitutiones Regni inferendo quod per conſtitutiones Regni eſt vocata fœmina pluraliter loquendo tam per conſtitutionem iſtã quam vt de ſucceſſionibus, idem Iſer. in c. 1. §. ſed quia vidimus de his qui feudum dare poſſunt num. 15. ibi per conſtitutionem Regni regulariter ſuccedit, vbi dicit Iſer. quod de iure communi feudorum fœmina regulariter repellitur

à ſucceſ-

à ſucceſſione feudorũ, ſed iure Regni regulariter admittitur per conſtitutiones, & ex his non obſtant, quæ dicit gloſ. & idem Iſer. in d. conſtitutione 17. de ſucceſſionibus quos male ſequitur Cumia ſiculus in cap. ſi aliquem verbo ſuffeudatarium à num. 12. ad 22. fol. 95. pendet nunc quæſtio iſta in Sac. Conſ. inter Elianoram de la Vecchia cum Scipione de la Vecchia circa ſucceſſionem ſuffeudorum Caſalis Orrei & Faſanæ, quæ tenetur ab Illuſtriſſimo Duce Montis Leonis, et dubitatur ſi dicta Elionora amita debeat ſuccedere in ſuffeudis, & conſequenter præferri Scipioni conſobrino, & in gradu remotiori, ſed ex his detegitur quæ ſit uerior, & magis recepta opinio in tribunalibus.

Item an conſtitutio iſta procedit in exteris poſſidentibus bona in Regno Tiraquellus de iure primogenituræ q. 46. & 49. huic conſt. in §. ſi autem filij concordat conſuetudo Neapolitana, ſi moriatur idem diſponens, quod hæc conſtitutio dũmodo fæminæ infra 16. annum maritentur alias ſuccedant vna cum fratribus in capita. In eadem conſtitutione ibi voſtra Eccellentia recipiat, vide cap. Regni incipiens feudatarius ſub rubrica de ſtatuendo balio.

Paragium an peti poſſit à tertio poſſeſſore Afſl. deciſ. 162. plura Gramaticus deciſ. 67. 53

Ad materiam iſtius conſtitutionis quærunt Doctor. an maſculus remotior in gradu preferatur mulieri proximiori Cãnetius fol. 275. verſ. ſed tractandum eſſet exacte diſputat articulum & poſt DD. quos allegat pugnat pro maſculo. Sed Iſer. in c. 1. de eo qui ſibi & hær. ſuis, & alibi pluries tenet contrarium quem comuniter DD. ſequũtur, & in Tribunalibus noſtris eſt recepta opin. Iſer. & ſecundum illam paſſim iudicamus Præſidens de Franchis deciſ. prima in principio, quæ opinio fuit præſuppoſita pro indubitata in deciſione facta iunctis Tribunalibus pro d. Donna Iulia Vrſina, quæ erat neptis in tertio gradu Principis Biſiniani, & prælata agnatis qui erant in 4. in qua cauſa de alijs pluribus articulis fuit diſputatum relatore Domino Ioanne Montoia meo collega nunc Regente eminentiſſimo, votauit quoq; in

cauſa

cauſa Dominus Alonſus Suares Regiæ Cameræ Locumtenens Iureconſultus Celeberrimus doctrina, & eloquentia inſignis.

Ad Conſtitutionem vt de ſucceſſionibus in rubr. de ſucceſſione nobilium in feudis.

SVMMARIVM.

1 Filia an ſit immittenda in poſſeſſionem feudi lite pendente.
2 Feudatarius non alienat neq; donat feudum ſecundo genito in præiuditium primo geniti niſi cum Regis aſſenſu impetrato ex certa ſcientia facta expreſſe mentione de primo genito.
3 Collaterale Conſilium non preſtat aſſenſum quãdo feudatarius excluſo primo genito donat ſecundo genito, & quare.
4 Adoptiui non ſuccedunt in feudis.
5 Donatio facta ſecundo genito poteſt reuocari à primo tanquam inoffioſa.
6 Adoptari quando poſſint filij in præiudicium agnati.
7 Legitimatio ſpurij, an fieri poſſit in preiuditium agnatorum.
8 Patruus an excludat nepotem in feudis.
9 Frater vtriuque coniunctus an excludat conſanguineum, & num. 15.
10 Frater patruelis an præferatur filijs alterius fratris patruelis in ſucceſſione feudi de iure communi feudorum.
11 Primogeniti ſuccedunt in omnibus feudis vbi viget ius Francorum.
12 Feminæ ſuccedunt in feudis antiquis in Regno.
13 Feudorum antiquorum ſucceſſio in Regno quomodo practicatur.
15 Clauſula ſexus prærogatiua ſeruata, quid operetur.
16 Fratri conſanguineo an præferatur ſoror vtrinq; coniuncta.
17 Amita an ſuccedat nepoti.
18 Soror admictitur in poſſeſſione bonorum fratris, & quid in feudis de iure cõi feudorum.
19 Monialis an excludat nuptas tanquam exiſtens in Capillo.
20 Frater ex vno latere tantum an excludat patrem in feudo materno, & quid in feudo habito ex eodem patre.
21 Filia quæ non recepit integrum paragium an excludatur?
22 Soror maritata an excludat ſororem in Capillo.
23 Conſenſus filij & filiæ primogeniti an requiratur in alienatione feudi ex pacto & prouidentia.
24 Mulier quomodo dicatur competenter dotata in materia conſtitutionis.
25 Linea aſcendens non eſt excluſa in omnem caſum per hanc conſtitutionem.
26 Conſtitutio hæc enumerat gradus & non perſonas & admittit ad ſucceſſionem feudorum antiquorum omnes illos qui ſunt in tertio gradu.
27 Conſtitutio hæc vocat fratres in feudo nouo & quomodo.
28 Maioratus bona an poſſunt alienari pro maritanda filia.
29 Feudo deuoluto per delictum an concedens teneatur ad onera.
30 Feudum quando & quomodo computatur in legitima.
31 Feudum refutatum reuertitur, ad refutantem iure ſucceſſionis non reuerſionis.
32 Succedens contra voluntatem defuncti an teneatur ad onera
33 Feudum in qualitate addita efficitur nouum.
34 Feudum in dubio præſumitur hæreditarium non ex pacto.

SI revocetur in dubium deferri ſucceſſionem an interim ſit immittenda in poſſeſſionem mulier, dicens ſe filiam? Andr. in cap. primo ſi de feud. defunct. mil. controu. fuer. vbi late Dominus Octauius Bammaccarius & Albert. Brun. conſ. primo & Dec. conſ. 119. & 124. Goz. ad. conſ. 7. & 8. 1

Sed an pater poſſit alienare feudum in 2. genitum in præiudicium primo geniti in feudo antiquo? in cauſa dominorum de Bozzutis in anno 1540. referente Conſiliario Mario Saſſo, fuit in S. C. deciſum, quod non, tu tamen vidde omnino Loffr. conſ. 52. & Curt. Iun. conſ. 138. 2

Hanc deciſionem refert, & ſequitur Camer. in cap. Imperialem fol. 57. col. prima qui ſubdit quod aſſenſus à Rege impetratus non facta expreſſe mentione de primo genito vel filijs primo geniti tanquam ſubreptitius nullius erit momenti & ſubdit litera C. aureum notabile, & menti tenendum quod domini Regentes Regiam Cancellariam indiſtinctè non ſolent præſtare aſſenſum quando pater excluſo primo genito vellet donare feudum hæreditarium 2. genito quia vix conſentiunt quando tria habet feuda, vt de eis donet vnum argumento conſtitu. ſiquis Baro & nouiſſimis atq; noſtris temporibus, ita fuit deciſum in Collaterali Conſilio in cauſa Magnifici Baronis Familiæ de Altomari qui excluſo filio primo geniti donauerat 2. genito feudum, & Collaterale Cõſilium denegauit aſſenſum relatore domino Fuluio de Conſtantio Marchione Corleti Collateralis Cõſilij Decano meritiſſimo, & maximo feudiſta. Et ex productis rationibus quoque liquet, ſi Camerarium bene impugnauit Regens Reuerterius, qui contrarium vt arbitror iudicauerat. 3

Et quando poſſit adoptare filium in præiudicium agnatorum, quibus de iure, conſuetudine, ſeu ſecundum formam inueſtituræ defertur ſucceſſio feudi, vide Aym. conſil. 135. & Curt. conſ. primo. 4

Sed aduertas quod regulariter adoptiui non ſuccedunt in feudis cap. adoptiuus vbi late feudiſtæ ſi de feudo defuncti militis.

nisi

niſi Rex vel alius ſuprior concedens in prima inueſtitura eos vocauerit.

Et quod feudum, in quo viuitur iure Francorum non poſſit alienari in præiudicium primo geniti & ſi donatur ſecundo geni-
5 *to poſſit reuocari ex capite inofficioſæ donationis, vidde Loffred. conſ. 47. vbi allegat Cald. conſ. 1. de feud. & Alber. de Roſat. in prohem. digeſtorum §. diſcipuli, & Oldrad. conſ. 94. & conferunt quæ Affl. ſcribit in deciſ. 119.*

Et quando poſſit adoptari in præiudicium Agnati? Io: Faber. in
6 *§. ſui autem inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & ibi vide differentiam inter feudum nouum, & antiquum Affl. dec. 248. Brun. conſ. 10, & Bellam. d. 724.*

Sed legitimatio ſpurij in præiuditiũ agnatorum an, & quando
7 *valeat? Dec. in leg. ſi qua mulier numer. 21. C. de ſecundis nupt.*

Vtrum autem in iure redimendi, vel in iure recurſus propter euictionem, & quid in actione exempto? & quid de remedio l. 2. C. de reſcind. vend. an ſuccedat primo genitus, vidde vt ſupra.

Et ad intellectum huius conſtitutionis Socc. conſ. feud. poſito
8 *poſt titulum quis, & à quo appelletur vbi tradit quando primo genitus excludat filium ſecundo geniti ab hæreditate Patrui, & quid de filio ſecundo genito volente excludere filium primo geniti ab hæreditate Aui, de qua quæſtione vidde etiã per Andr. in cap. 1. § præterea quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt. vbi quid ſi primo genitus fuerit rebellis, & Affl. latè in cap. primo de ſucc. feud. Grama. deciſ. prima, & diximus in conſtit. in aliquibus.*

Frater autem ex vtroque parente coniunctus an excludat à feudi ſucceſſione fratrem ex vno latere tantum, vidde Dec. conſ.
9 *443. qui dixit, quod ſic, & idem dixit Io: Andr. de Georg. Regius Conſiliarius in alleg. 21. per totam latiſſimè, tu tamẽ vidde Loffred. in cap. primo de nat. ſucc. feud. fol. 70.*

Ioſeph Cumia Siculus latiſſime in cap. Regni Siciliæ ſi quis aliquem verbo maior natu q. 2. 3. & 4.

Et ibi quid in fæmina vtrinque cõiuncta, an præferatur fratri

conſan-

conſanguineo, dũ agitur de ſucceſſione in linea Collaterali.

Vtrum autem frater Patruelis præferatur filijs alterius fratris patruelis in ſucceſſione feudi antiqui Brun. diſput. ad partes conſ. 70. cum duobus ſeq. ſed hæc de iure cõi procedũt. 10

Et quando filius primo genitus ex concubinatu, excludat ſecundo genitum natum ex vxore legitima, legitimato poſtea primo per ſubſequens matrimonium, vidde omnino Alber. in probem. ff. §. diſcipuli in final. col. & quæ ſcripſi ſupra in conſtitutione in aliquibus.

Aduerte etiam, quod primo genitus ex conſuetudine in feudis, vbi non ſunt vaſalli, non ſuccedit ſimpliciter Alber. dixit in probem. ff. & in l. Barbarius ff. de off. prætor. & Aff. in cap. Imperialem §. præterea ducatus num. 25. de probib. feud. alien. per Feder. niſi in eis vigeat ius francorum. 11

Et quod fæmina ſit ſucceſſibilis in feudo conceſſo à fæmina puta Regina Anch. conſ. 341. pro maiori intelligentia Dec. in l. prima ff. de reg. iur. Iaſ. in l. ſtipulatio §. hi qui ſunt ff. de verb. oblig. & Ripa in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. 12

Sed in Regno per conſtitutionem iſtam ſexus fæmineus eſt habilitatus ad ſucceſſionem feudorum. Sed cohartatus gradus ſiquidem de iure communi feudorum maſculi tm̃ vſq; ad ſeptimum gradum in feudis antiquis ſuccedebant. excluſis fæminis. ſed conſtitutio iſta habilitauit fæminas cohartando gradum, & maſculi, & fæminæ vſq; ad tertium gradum ſuccedunt. 13

Et hodie per nouas gratias cõceſſas Regno per Inuictiſſimum Carolum Quintum in feudis antiquis in deſcendentibus ex linea maſculina eſt ampliatus gradus ſuccedendi vſque ad quartum, ſed in deſcendentibus ex linea fæminina remanet hæc conſtitutio practicata vt vſq; ad tertium gradum ſuccedant. de quo loquitur pragm. edita per Sereniſſimũ Carolum Quintum impreſſa ſub tit. de feudis, & ita practicamus tam in Regia Camera, quam in Sac. Conſ. & indixt incte iudicamus, & quid in feudis nouis practicatur dixi ad conſtitutionem in aliquibus ibi vide. 5

Rationem, & plura conferentia ad materiam primo genituræ vide per Benedic. in cap. Raynutius de teſtam. in verb. in eod. teſtamento relinquens num. 143.

Et an filia ex primo genito ſuccedat excluſo ſecundo genito in feudis, vide Ioannem Fabr. in §. certum inſt. de leg. agnat. ſucc. & quæ latiſſimè ſcripſi ſupra in conſtit. in aliquibus.

Numquid autem per illam clauſulam, ſexus prærogatiua
14 ſeruata quæratur ius primo genito? Affl. notat dec. 248. verſ. ſed quia ubi etiam alia ſcribit notabilia in materia huius conſtitutionis.

15 Adde etiam prædictis ſi concurrit frater vtrinq; coniunctus cũ fratre conſanguineo tantum: quis præferatur? vidde omnino Loffred. in cap. primo de nouo feud. fol. 7. vbi quod vtrinque coniunctus præferri debeat, & vide etiam Ioannem Andr. de Georg. Regium Conſiliarium in allegatione. 21. la-
16 tiſſimè, & ibid. per Loffred. quid ſi fratri primo genito ſuperſit frater conſanguineus, & ſoror vtrinq; coniuncta, quis præferatur.

Amita, an ſuccedat nepoti, vel matertera filiæ ſororis, vide per Loffred. in cap. primo §. & quia de his, qui feud. dar. poſſ.
17 & omnino eundem Loffred. in præfr. axi fol. 16. & 17.

Et frater quando ſuccedat in nouo feudo fratri ſuo? Affl. in c. primo §. & quia de his, qui feud. dar. poſſ. col. 4. & in cap. primo §. fin. de ſucceſſione feud. & Loffred. in conſ. 38. vbi latè, & ibidem quid ſi inueſtitura dicat ſucceſſoribus in perpetuũ, & quid hodie per nouã gratiã dixi ad conſt. in aliquibus.

Quando autem fratri ſine liberis decedenti ſuccedat ſoror excluſo fiſco, Affl. in cap. primo §. quin etiam in tit. Epiſcopum vel Abb. col.

18 Soror autem an admittatur in poſſeſſione bonorum feudalium fratris? Dec. conſ. 424.

Intellectum huius conſtitutionis optime collige ex tex. in cap. 1. de benef. fratris, aduertendum tamen eſt, quod licet filia admittatur ad ſucceſſionem per iſtam conſtitutionem, non tñ admittitur ad feudi alienationẽ, Loffred. tradit conſ.

 vbi

vbi ſingulariter limitat iſtam conſtitutionem, & quando dicatur feudum nouum, antiquum, hæreditarium ex pacto, & prouidentia.

Sed an monialis excludat nuptas tanquam exiſtens in capillo Capy. tradit dec. 115. 19

Reſtat etiam dubitare an frater ex vno latere tantum ſuccedat ſorori, vel fratri, excluſo communi patre in feudo materno Iſer. in cap. primo de nat. ſucc. feud. & quid in feudo, quod illa filia habuerat à patre ſuo an frater ex matre ſuccedat ſibi, vide ibidem per And. col. 3. 20

Quando autem filia dotata excludatur, & quid ſi nõ habuit integrum paragium, et quid ſi renuntiauit, & plura notabilia vide per Iſer. & Affl. in cap. 1. de nat. ſucc. feud. 21

Illud etiam non eſt omittendum, quod ad iudicandum dotem competentem vel non competentem, attendatur tempus conſtitutæ dotis dixerunt Bal. & Paul. de Caſtr. in auth. res quæ C. com. deleg. & ego plenè notaui ſupra in proxima conſtitutione præcedenti.

Contingit etiam dubitari an ſecundi geniti per priuilegium, ſeu per ſtatutum poſſint excludi, de quo vide Loffr. conſil. 14. num. 141. 22

Conſtitutio iſta in verſ. coniugatæ. ad materiam videnda eſt pragmatica Reginæ Ioannæ vulgo dicta la Filengeria. ad declarationem iſtorum verborum, an primogenita dotata à patre excludat 2. genitã in capillo, vel excludatur ab ea D. Franch. dec. 328. late qui refert fuiſſe deciſum pro primo genita contra opinionem Federici Viualdi qui ad hoc impreſſit cõſilium poſt aliquos. Antiqua illa deciſio fuit iunctis Tribunalibus Regiæ Cameræ, & Sac. Conſ. in anno 1581. & ſtatim poſtea idem articulus fuit deciſ. ſolemniter in anno 1586. in Sac. Conſ. iunctis duabus aulis in cauſa inter Beatricem Vitelli cum Virginia Vitelli ſuper ſucceſſione ſtatus Amatricis, et fuit prælata Beatrix primogenita maritata à patre Iacobo Vitelli Virgine 2. genitæ in Capillo ex proceſſu penes Ferrarium Actuarium de qua deciſ. fecit conſ. Dominus de Ponte adeo quod iam eſt introducta conſuetudo

iudicandi in hoc articulo, & minime ſunt mutanda quæ antiquam interpretationem habuerunt. Item ad intellectum iſtius conſtitutionis Iſer. in c. 1. de natura ſucceſſio. feudi format ſex quæſtiones eaſq; ad partes diſputat, vt per eum nu. 15. ad 31. cui erit recurrendum ne alias dicta repetantur. videndus eſt Lucas à Penna in l. fin. col. fin. C. quomodo, & quibus quarta pars lib. x.

Declarando textum in verſ. filij autem fratrum, vide Iſer. in cap. primo §. & filius fratri in tit Imperator Lotharius & vidde ad hanc conſtitutionem Affl. in c. 1. §. & quia qui feud. dar. poſſ.

Et declarando etiam tex. in verſ. filiæ autem in Capillo, adde, quæ dicatur in capillo Affl. in cap. primo §. rurſus quæ ſit prima cauſ beneſ. amitt.

Sed an ſicuti in alienatione feudi ex pacto, & prouidentia requi-
23 ritur conſenſus primogeniti, ita requiratur conſenſus filiæ fæminæ, vidde omnino per Affl. in cap. primo §. hoc quoque de ſucc. feud.

Et an hæc conſtitutio habeat locum in quibuſcunque feudis vide eundem Affl. in d. cap. primo §. filia verò dixi in conſtit. in aliquibus.

Num quid autem filij filiæ fæminæ ſuccedant fratri, & ſic patruo decidenti ſine liberis, vidde ibidem per Affl. col. fin.

Poſſet etiam dubitari numquid mulier ingreſſa monaſterium debet habere dotem promiſſam, vel legatam in teſtamento pro maritagio, de quo vidde Capyc. dec. 204.

Mulier etiam in caſu huius conſtitutionis quando poſſit dicere teſtamentum nullum, & quando dicatur competenter dota-
24 ta, vide Dec. in conſ. 505. & Ang. conſ. 132.

Numquid autem præſumatur, quis uxorem duxiſſe ſine dote, ad materiam conſtitutionis, vidde omnino per Bald. in auth. res quæ C. commun. de leg.

Et quod fæmina ſit habilitata ad ſuccedendum in feudo tam per conſt. vt de ſucc. quam per conſt. in aliquibus, vidde Afflict. in §. filia num. 6. verſ. & volo facere, vos aduertentes de ſucc. feud. & ex hoc infertur quod fæmina in Regno eſt habilitata

litata etiam ad feuda plana, & de tabula, vt per Frasc. lib. 2. ſub tit. differentiæ feudi quaternati, verſ. 23. dixi ſupra in conſtitutione in aliquibus.

Et quomodo hæc conſtitutio præfert 2. genitam in Capillo primo genitæ dotatæ, vidde Regentem de Pont. conſ. 21. nu. 6. qui latè explicat hanc materiam.

Addo etiam, quod hæc conſtitutio non excludit in omnem caſum lineam aſcendentem, Lanar. conſ. 68. num. 3. & ſolum 25 tractat de prælatione inter aſcendentes, & Collaterales ibidem num. 4.

Quod hæc conſtitutio habeat locũ in feudo quaternato tantum, non autem in feudis ruſticis ſeu planis, & de tabula Io: Vinc. de Ann. in all. 70. num. 37. ſed de veritate dixi in conſtitutione in aliquibus latiſſime, & an d. conſtitutio ſuppleatur per alia iura communia feudorum, vide eundẽ Ann. in rub. d. conſtitutionis num. 376. ex quo dicta conſtitutio non habet locum in refutatione, vide ibibem num. 384. nec ſit correctoria, ſed limitatoria ibidem num. 385. 391. 392. 394. & quod dicta conſtitutio enumerat gradus, non perſonas, vi- 26 de eundem Ann. in all. 34. nu. 4. et 17. & 19. in all. 55. & in rub. num. 89.

Addo etiam, quod hæc conſtitutio induxit nouum modum ſuccedendi in feudis, vocando fæminas, item vocando fratres in feudo nouo, item vocando fratrem non coniunctum ex latere feudi, & reintegrauit ex hoc ius cognationis, ſed ius pri- 27 mo genituræ, eſt potentius quam duplicitas coniunctionis latiſſimè de hoc Regius Conſiliarius Jo: And. de Geog. in alleg. 21. ipſe tamen tenet cum Iſer. quod frater vtrinque coniunctus præferatur in ſucceſſione feudi fratri conſanguineo tantum maiori natu, vide ibi in ardua cauſa.

Declara id quod ſupra dixi ꝙ conſtit. hæc vocat fratres in feudo nouo. ſed per clauſulam apponi ſolitam de ſtilu cancellariæ in Regno videlicet pro hæredibus, & corpore legitime deſcendentibus fratres remanent excluſi. ideo ſuperuenit gratia Regno cõceſſa in anno 1576. per quam etiam fratres, ſorores & filij fratrum in feudis nouis fuerunt admiſſi.

Addo

Addo etiam ultra prædicta, quod iſta conſtitutio non limitat perſonas, ſed gradus ad ſucceſſionem feudi, & ultra ſupra allegata decidit D. de Franch. d. 73. num. 16. & quod dict. conſtitutio loquitur in paragio debito ſororibus in bonis paternis vide ibidem nu. 23.

28 *Ad hãc conſtitut. ut de ſucceſſionibus; maioratus bona an poſſint alienari pro maritanda filia. Couarr. variar. reſol. lib. 3. cap. 6. in fin. Arriu. Pinell. ſatis ſingulariter in leg. prima par. 3. num. 102. C. de don. mat. Boer. dec. 129.*

29 *Feudum ſi ob delictum ſub feudatarij vadat ad Baronem, an deuoluatur cum ſuo onere, ut Baro teneatur ad debita ſub feudatarij? Andr. dicit, quod non in conſt. ſi quis poſt lite, & in conſt. conſt. Diuæ mem. in fin. Niſi feudatarius contraxiſſet debita ratione feudi, ut per Albert. Bru. in conſil. 104. & in caſibus, in quibus aſſenſus non eſt gratia, ut per Frecc. lib. 2. de ſubfeud. auth. 29 nu. 7.*

30 *Feudum ſi ſit hæreditarium computatur in legitima, ſin autem ſit ex pacto, & prouidentia iure inſtitutionis primeuæ deferatur, aut acquiſitio eſt facta ab auo, & tunc non imputatur in legitimam: aut agitur de ſucceſſione ipſius acquirentis, & indiſtincte in legitimam imputabitur, etiam ſi ſit ex pacto, & prouidentia, quia tunc cum nouum ſit, uti hæreditarium iudicabitur reſpectu primi acquirentis, & quo ad geſta per ipſum Vinc. de Franch. 368. deciſ.*

31 *Feudum refutatum à patre in filium mortuo filio reuertitur ad patrem, ſed an iure reuerſionis vel iure ſucceſſionis? quò ad onera medio tempore contracta? vide Andr. in conſt. ſi quãdo, & Vinc. de Franch. d. 3. ubi dicit fuiſſe deciſum per Sac. Conſ. quod pater ſuccedet ut hæres, et tenebitur ad onera medio tempore contracta per filium, & idem tenet Regens de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proreg. fol.*

Addo quod ſecundum deciſionem prædictam D. Franch. fuit pro Regiam Cameram iudicatum in ſucceſſione quod Dominus Ducis Sancti Petri in Galetina cui ſucceſſit Princeps Biſiniani Nicolaus Berardinus Sanſeuerinus eius pater in feudis per prius ab eo refutatis, & fuit condemnatus

ad

ad ſolutionem releuij non obſtantibus dictis aliquorũ Doct. quos Freccia refert, & ſic confirmata fuit deciſio Dñi de Franchis 3. decretum eſt in actis releuij in archiuio Regiæ Cameræ Commiſſarius fuit dominus Ioannes de Montoia Collega meus integerrimus, & peritiſſimus nunc Regens Regiam Cancellariam.

Et an frater, & ſoror in ſucceſſione feudi antiqui præferantur patri pro fratre & ſorore conſuluit Lanarius conſ. 68. qui de comuni teſtatur.

Ad intellectum verſ. filie autem in capillo de Franchis deciſ. 328.

Feudum ſi contra voluntatem defuncti ad aliquem deueniat non tenebitur is habere ratum factum defuncti ſi ex pacto, et prouidentia ſit, ſecus ſi hæreditarium alias eſſet in poteſtate feudatarij mutare naturam feudi hæreditarij in præiudicium creditorum, vt per Capyc. Dec. 199. & Vincentium de Franc. d. 1. & 3. cui contradicunt Dñi Regens de Curte & Octauius Bammacarius. 32

Feudum per qualitatem de nouo additam efficitur nouum in illa qualitate addita, ſecus in cæteris Camer. in cap. Imperialem fol. 33. litt. T.

Feudum in dubio præſumitur non ex pacto, et prouidentia Bal. in cap. primo. An agnatus Alex. conſ. 10. vol. 3. Natt. conſ. 501. num. 20. & conſ. 634. num. 6. & licet contrarium ſentiant Gozadin. conſ. 4. numer. 26. Soce. Iun. conſ. 42. vol. 3. Pariſ. conſ. 23. num. 134. vol. primo, & Ceſal. conſ. 301. num. 108. vol. 3. in Regno tamen verior eſt pri. opinio Loffr. conſ. primo num. 60. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in 16. diff. fol. 262. 33 34

Feudorum ſucceſſio quomodo fuerit, & ſit hodie prorogata per Conſt. Regni, & gratias Regno conceſſas de quibus ſupra. Reg. de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Pror.

Ad conſtitutionem Reg. Conſt. Diuæ mem. de reuoc. feudor. & rer. feud.

SVMMARIVM.

1 Emptor ſequta reuocatione an faciat fructus ſuos.
2 Aſſenſus an impetrari poſſit lite pendente.
3 Aſſenſus & contractus eadem die celebrati: quis præcedere præſumitur.
4 Aſſenſus hodie requiritur in alienatione neceſſaria.
5 Conſtitutio hæc an procedat in feudis relictis.
6 Reuocans an teneatur ad intereſſe, & vtrum ad melioramenta nu. 7.
8 Aſſenſus an probari poſſit per teſtes, & num. 10.
9 Contractus an fieri poſſit in augumentum feudi.
11 Alienatio feudi facta in ſenem ſine prole dicitur fieri in augumentus feudi.
12 Facultas conceſſa feudatario alienandi intelligitur cum aſſenſu.
13 Aſſenſus præſtitus doti an includat antefatum.
14 Clauſula non obſtante quod ſuper bonis feudalibus &c. quid operatur.
15 Aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi.
16 Tranſactio an fiat ſuper feudis abſq; aſſenſu.
17 Aſſenſus fauore dotis etiam poſt mortem impetratur.
18 Aſſenſus permiſſiuus differt á diſpoſitiuo & obligatiuo.
19 Annua perceptio ad vitam an imponi poſſit ſine aſſenſu.
20 Aſſenſus impetratus ſuper teſtamento poſt mortem teſtantis an valeat.
21 Retenſio an detur per obligatione feudi ſine aſſenſu.
22 Recipiens prætium poſt reuocationem impetrato tamē aſſenſu an valeat actus.
23 Aſſeſus an poſſit expediri per creditores contrahentium.
24 Alienatio in proxime ſucceſſorum an teneat ſine aſſenſu.
25 Vtile per inutile an vitietur in feudis.
26 Excadentiæ quæ dicuntur.
27 Extimatio an debeatur ex diſpoſitione ſine aſſenſu & etiā legato feudo. & nu. 29.
28 Lex iſta procedit in quocunque contractu facto ſuper feudis.
30 Conſtitutio hæc an locum habeat in dote.
31 Conſtitutio hæc an procedat etiam in officijs, & quid in feudis planis.
32 Reuocatio non procedit porrectis præcibus, & pendente promiſſione facienda ſuper aſſenſu.
33 Reuocatio ceſſat data fraude reuocantis.
34 Conſtitutio an procedat in alienatione neceſſaria.
35 Conſtitutio hæc an procedat etiam aduerſus Fiſcum.
36 Locantur, & conceduntur in Regno res demaniales.
37 Excadentiæ quæ dicuntur.
38 Aſſenſus Baronis tantum ſufficit in alienatione feudi ruſtici.
39 Excadentiæ ſub qua formula & quibus verbis conceduntur.
40 Infeudatio in Regno in quibus caſibus eſt permiſſa.

AN fructus percepti ab emptore ſine aſſenſu ſequta reuocatione efficiantur ſui. Vide Afflict. in cap. primo de Vaſſall. qui contr. conſt. lothar. feud. alien. & d. 228. vbi etiam an in caſu huius conſtitutionis debet reſtitui prætium emptori
1 *& an faciat fructus ſuos emptor Luc. de Penn. in l. nulli C. de fund. patrimo lib. 11. in fin. & Curt. ſen. conſ. 71. Princeps defunctus, &c.*

Et

Digitized by Google

Et an frater poſſit refutare partem ſuam feudi paterni alteri fratri, & illi donare non conſenſiente domino Bal. conſil. 300. vol. 2.

Et an aſſenſus poſſit impetrari lite pendente Io. de Amic. conſ. 41. et 151. & quid ſi eodem die reperiatur reuocatio facta, & impetratus aſſenſus.

Et quid ſi ead. die reperiatur præſtitus aſſenſus ſuper contractu celebrando, & factus contractus quis præſumatur præceſſiſſe Fely. in cap. paſtoralis 4. col. de reſcript. Et ſi venditor promiſerit obtinere aſſenſum à Domino, an obligetur ex tali promiſſione. Vide Iſern. in cap. 1. §. commercium de prohib feud. alie per Lothar. & ibi, quòd ſi eſſet Conſiliarius Regis, vel Comes, aut Marchio obligatur: & an poſſit fieri in augumentum feudi ſine aſſenſu Dec. conſil. 232. Et an permittatur alienatio neceſſaria ſine aſſenſu Alex. conſ. 7. in conſultat. præmiſſ. vol. 5. 3

In hoc articulo alienationis neceſſariæ an requiratur in ea aſſenſus maxima fuit inter Camer. & Marinum Altercatio, hodie quæſtio eſt deciſa per pragmaticam editam in anno 1585. tempore Regentis Io. Antonij Lanarij fuitque ſtatutum requiri aſſenſum ſecundum acceptam opinionem quam lex illa approbauit, & pro lege ſeruari ſtatuit. Item fuit noſtris temporibus in Sacr. Conſ. pluries deciſum in hac alienatione neceſſaria pendente tempore impetrandi aſſenſum non dari reuocationem vigore iſtius legis ne iuditium deludatur, & fiat eluſorium, & in venditione terre maſſafræ contra Ferdinandum monſorium per Regẽtem de Ponte vti delegatum fuit hic articulus deciſus non dari reuocationem, & in eadem cauſa fuit deciſus alius articulus, banna, & ſubhaſtationes debere fieri in loco rei ſite & non ſufficere ſubhaſtationes factas in Regijs tribunalibus, & ita in Regia Camera Summariæ quotidie ſeruatur, tam in venditione bonorum fiſcalium, quam illorum locatione. 4

Et quod licentia data in inueſtitura alienandi, intelligitur mediante aſſenſu Aff. dec. 307. vbi etiam in verſ. nec licuit

M dixit,

dixit, quod vaſſallus non poteſt ſe ipſum liberare à iuramento ligij, quia hæc eſſet quædam alienatio quæ non poſſet fieri ſine Regio aſſenſu per iſtam conſtitutionem.

Et quod dicta licentia data in inueſtitura intelligitur, modo prædicto ſcribit Loffred. in parafraſi fol. 25.

Et ad hanc conſtitutionem vide Affl. d. 111. vbi multipliciter limitat, & an ius reuocandi tranſeat ad filium, Affl. dec. 112. & 218.

5 Eo quod non habeat locum hæc conſtitutio in feudis ruſticis Affl. deciſ. 243. & hic 5. not. vbi late proſequitur, & in 2. col. verſ. ex hoc ſequuntur duæ concluſiones, & in cap. 1. de alien. feud. patern.

6 Et an reuocans teneatur ad intereſſe vide DD. hic, & in cap. 1. de iudic. & maxime Rip. ibi. num. 55. & glo. hic in verb. nullam &c. & in l. rem quam ff. de dol. & Rom. conſ. 270. num. 4.

7 Et an reuocans teneatur ad melioramenta Afflict. deciſ. 218.

Et quod pro legato ſine aſſenſu exequatur contra hæredes in fructibus etiam ſi ſit hæres cum benefic. inuentar. Loffr. conſ. 48.

Et quid ſeruetur hodie dixi ad conſtit. ſi quis poſt litem.

Aduerte etiam, quod licet donatio rei feudalis ſine aſſenſu non valet, tamen ſi donatio eſt facta cum clauſa omni meliori modo &c. valebit vt contractus ſubinfeudationis, Socc. conſ. 66. viſa donat. col. 3. cum ſeq. 3. vol. & Rip. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. num. 25.

8 Et quod aſſenſus in alienatione iuriſdictionis non probetur per teſtes Affl. in cap. primo §. ad hæc de pac. tenend. vel iur. firm.

Et an remiſſio pacti de retrouendendo fieri poſſit ſine aſſenſu Affl. hic 3. notab. verſ. & pondera bene &c.

9 Et quod remiſſio hypothecæ poſſit fieri ſine aſſenſu, idem Affl. hic col. 4. verſ. an autem ſi liberaretur. &c. deciſ. 232. & Loffred. qui diſputat in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. fol. 53.

Marinus

Marinus tamen lib. 2 ſ. authen. num. 18. et Camer. fol. 4. ad 6. in l. Imperialem tenent nec etiam in augumentum feudi poſſe contrahi ſine aſſenſu quod probatur in l fin. ff. de vſu & habitatione, ſequitur Capicius deciſ. 100.

Et quod poſſint remitti vſufructus, & ſeruitutes, ac dotarium ſine aſſenſu Loffr. con. 5.

Et an ſit prohibita obligatio, ſeu hypoteca rerum feudalium ſine aſſenſu vide Affl. hic colum. 5. in principio. verſ. quæro vtrum etc.

Et quod aſſenſus præſtitus in promiſſione dotis operetur in translatione fol. matr. Capy. dec. 182.

Et quod licet feudum non poſſit alienari directe ſine aſſenſu domini, in augumentum tamen feudi poteſt fieri alienatio ſine aſſenſu, Affl. d. 232. & an poſſit fieri ceſſio in beneficium feudi ſine aſſenſu, Capy. dec. 156. & dixi ſupra.

Et vtrum aſſenſus Reg. ſuper obligatione, vel alienatione feudi debeat probari in ſcriptis ſecundum ſtylum Cancellariæ, vel ſufficiat probari per teſtes, vide Affl. d. 398. & d. 243. & in cap. §. 1. ad hæc de pac. iur. firm. 10

Aduerte etiam circa materiam huius Conſtitutionis, quod illa verba (cum reſeruatione Regij aſſenſus) quæ in inſtrumentis ponuntur, oſtendunt non eſſe impetratum Loffred. conſ. 33. vbi etiam multa alia de aſſenſu præſtito ſuper contractu dotali. 1

Adde etiam, quod quando fit alienatio ab habente filios in non habentem, vel a iuuene in ſenem dicitur fieri in augumentum feudi Capy. d. 100. 11

Et an feudum francum vt quando ſoluitur tantum vnum par ſonalearum poſſit in teſtamento relinqui, & quid ſi in conceſſione data eſt facultas diſponendi an poſſit diſponi ſine aſſenſu Capy. dec. 61. & Affl. d. 307. verſ. ſemper enim licentia &c. vbi etiam dixit quod licentia data in inueſtitura alienandi intelligitur mediante aſſenſu. 12

Sed an in prorogatione requiratur aſſenſus vide Dec. in l. poſtquam liti num. 5. C. de pact. vbi videtur concludere,

quod non requiritur, ſed vide Tiraqu. in tract. de iure retract. fol. 352.

13 Aduerte etiam, quod aſſenſus præstitus doti, extenditur etiam ad donationem propter nuptias, Loffr. in c. 1. qui ſucc. ten. ver. ad principale dict.

14 Quid operetur clauſula non obſtante, quod ſuper bonis feudalibus, etc. & an aſſenſus legis strictius interpretetur quam hominis Loffr. conſ. 7.

15 Et licet non cadat obligatio realis, in feudo, cadit tamen obligatio perſonalis Affl. hic num. 34.

16 Et quod non refert an præcedat, vel ſequatur aſſenſus hic in gl. in ver. confirmatur &c. ante fin.

Et quando poſſit tranſigi, & ad intellectum huius constitutionis vide Andr. in conſt. ſi vaſſall. de feud. ſi de feud. defunct. mil. contr. fuer. col. fin. & Capy. dec. 156. pro declaratione gloſæ hic in verſ. ſuper eis &c. & ibid. Capy. an Vicerex poſſit ſibi aſſentire.

Sed an poſſint expediri plures aſſenſus, & vno, vel omnibus vti, Felyn. in cap. ex tenore de reſcript.

17 An autem aſſenſus impetretur post mortem, & de pragmatica, quod infra certum tempus expediatur aſſenſus, & de eius intellectu, & quod non extenditur ad cauſam dotis, ſcribit Loff. conſ. 31. & in parafraſi fol. 25.

Et ad arguendam ſubrectionem aſſenſus, attenditur an Princeps ita conceſſurus fuiſſet Capy. dec. 32. in fin.

Et quid ſi feudum eſſet hypothecatum creditori ſaluo aſſenſu, & venditur postea alteri cum aſſenſu, an creditor, qui postea obtinuit aſſenſum præferatur Capy. dec. 182. & Affl. hic in 6. col. verſ. tertio quæro, et in d. 268. & an Princeps conſenſiendo alienationi rei feudalis cenſeatur renuntiare iuri ſuo, alias ſuper illo feudo competenti, & quæ eſt differentia inter conſenſum ſimplicem permiſſiuum, & conſenſum diſpoſitiuum, ſeu obligatiuum, Andr. in c. Imperialem col. prima in fin.

18 Et an ſi quis promittat dominum cōſenſurum, valeat promiſſio Andr. in cap. 1. §. commercium de prob. feud. alien. per

Lothar.

Lothar. Io.Fab.in §. nō ſolum inſt. de leg. Ang.in conſ. 195

Et an feudatarius poſſit conſtituere vſumfructum, vel ſeruitu-
tem in feudo ſine aſſenſu, & an ſi non valet legatum, vt le-
gatum, valeat vt debeatur æſtimatio, et quid ſi legatur tan-
tum de fructibus quolibet anno amore Dei, & quod poſſint
relinqui alimenta ex bonis feudalibus ſine aſſenſu latiſſimè
ſcribit Paul.Pic.in repet. l. Titia cum teſtamento §. Titia
cum nuberet in 37.q. vſq; ad fin. ff. de leg. 2.

Aduerte etiam circa prædicta, quod Io.Blan. in ſua ſumm. in
c.quib.mod.et ex quib. cauſ. feud. amittat. col. 29. verſ. ſed
numquid dicit, quod annua perceptio ad vitam ſuper re
feudali ſine aſſenſu prohibita eſt, & vltra dicta per eum ra- 19
tio aſſignari poteſt, quia talis perceptio ad vitam eſt ſpeties
ſeruitutis, quæ in feudo conſtitui non poteſt ſine aſſenſu, im-
mo eſt ſpeties alienationis, in qua aſſenſus requiritur, ſic
etiam dicimus de locatione rei feudalis facta ad longum tem
pus, vt in glo. hic in verb. locare etc. circa fin. verſ. è contra
videtur &c.

Vlterius etiam an aſſenſus præſtitus donationi intelligatur,
& extendatur ad donationem cauſa mortis, & an in alie-
natione extendatur ad faciendam Loffr. conſil. 9. & 7. &
quid ſi eſt narratum de filio naturali, an extendatur ad
ſpurium, vel vitietur aſſenſus Capy. dec. 32. vbi etiā quan-
do dicitur obrectitius, vel ſubrectitius, et quod ſi impetretur
aſſenſus teſtamento pōſt mortem teſtatoris an valeat, &
præiudicet agnatis Capy. d. deciſ. 115. Loffr. in parafraxi
ſol. 25. & an aſſenſus operetur in contractu, vel in obliga- 20
tione conditionali Alex. conſ. 2. col. 3. vol. 4. & an ſi ex par-
te talis reperiatur expeditus aſſenſus præſumatur per hoc
quod ad eius praeces fuit expeditus Fulgoſ. conſ. 23. Feder.
de Sen. conſ. 117. Dec. conſ. 33. & an ſi obligatio procedit
ex neceſſitate feudi requiratur aſſenſus Rip. in l. obligationi
ff. de pign.

Et an ſi reperiatur feudum penes aliquem creditores feudata-
rij licet hypoteca non valuerit, quia ſine aſſenſu liceat reti-
nere? Affl. in rub. de Vaſſallo qui cōtra conſt. Lothar. feud.
alien.

excludi ab omni iure ſuo Affl. d. 112.

Sed an in aſſenſu vtile per inutile vitietur, Loffr. ſcribit conſ. 25
3. & 9. & in cap. 1. de Capit. Corrad. & Bart. in auth. qui rem C. de ſacroſ. eccl.

Ad verſ. excadentias autem &c. excadentialia quæ dicantur, 26
& quæ Baro poſſit concedere, & quæ dicitur Pars quotita-tiua, vel ſingularis feudi, & an res reddititia feudo ſit feu-dalis late Capy. in c. Imperialem col. 113. & 117. de proh. feud. alien. per Feder.

Quæ etiam bona excadentialia dicantur, quæ demanialia, & quando excadentialia de demanio efficiantur, Affl. in cap. Imperialem §. præterea ducatus in 3. not. nu. 76. Frecc. lib. 20. 19. auth.

Locatio rei feudalis fit ad modicum tempus gloſ. hic, & Curt. de feud. in 4. par. princip. verſ. 3. principaliter quæro, & ad materiam conſtitutionis adde an debeatur æſtimatio quan- 27
do eſt facta diſpoſitio de feudo ſine aſſenſu, ſiue in contractu, ſiue in teſtamento, vide DD. relatos per Camer. fol. 26. col. 1. verſ. ampliat 3. Frecc. in 3. lib. tit. diff. inter feudum ex pacto & prouid. &c. verſ. 12. Affl. in §. præterea duca-tus 2. not. col. pen verſ. 5 & vltim de proh. al. per Feder.

Quod autem tempus attendatur in hac æſtimatione teſtamen-ti, vel mortis quando deberetur, tractans Camer. in l. Im-perialem fol. 28. col. 2. verſ. in hac, & Frecc. in vlt. col. ſui oper.

Et ad materiam an proximior agnatus, qui non reuocauit feudi alienationem nulliter factam ſi poſtea feudum deue-nerit ad alienantem, an poſſit reuocare cum tempore pri-mæ alienationis tacuerit, vide Luc. de Penn. in l. vnicuiq; C. de prox. ſacr. ſcrin. & Boer. deci. 78. & q facultas reuo-candi alienationẽ feudi factam ſine aſſenſu durat annos ṫ̃ Frecc. in 2. lib. in tit. differ. inter feuda regalia titulata, alle-gat Iſer. in cap. 1. num. 5. de feud. guard. & caſtall.

Et multa ad materiam huius conſtitutionis, vide per Dominũ 28
Reg. de Ponte in ſuo conſ. 5. vbi quod procedit iſta Conſtitu-tio, nedum in contractu tranſlatiuo dominij, ſed etiam in

quo-

quocunque contracta rei feudalis, et in quocunq; actu feudum tangente hinc firmat in hac materia contractum etiam dici confeſſionem, & recognitionem quam quis facit de tenendo rem ab aliquo.

Et cum per hanc conſtitutionem non ſolum prohibeatur cōtractus, ſed etiam commercium, de quo Camer. in c. Imperialem car. 16. litera T, quomodolibet ſit contractus, ſiue de facto ſit celebratus, ſiue ſit translatiuus, ſiue ſit habilis ad dominij translationem, ſiue non, ſiue ſit venditionis, aut ceſſionis, habebit locum hæc conſtitutio, et vide ibidem in ead. col. quid ſi venditio ſit facta ſubhaſta, an tunc reuocetur ex reg. huius conſtitutionis.

Addo in glo. rub. ſuper feud. quod ſolet allegari iſta gl. ad illam queſtionem, quod legato feudo ſine aſſenſu, debeatur extimatio tamen hæc glo. hoc non bene probat, quia non firmat pedes vt bene aduertit Io. Vinc. de Ann. in alleg. 127. num. 12. in qua allegatione diſputat hunc articulum,
29 *& tenet, quod legato feudo non debeatur eſtimatio, & idem tenet in alleg. 126. num primo, et in alia 125. num. 18. tu vide Fab. de Anna filium in conſ. 12. in 2. par. latiſſime, & vltra alios D. Bambacar. in cap. omnes filij q 5. num. 66 104. & ſeq. in ea cauſa in qua tribunalia omnia vnita Sacri Conſ. Regiæ Cameræ, et Collateralis Conſilij fuerunt 18. Iudices in paritate Votorũ, & deinde non fuit amplius deciſa paritas illa, Lanar. conſ. 80. num. 4. 5. 6. et 7. Regens de Ponte in tract. de poteſt. Prorег. 349. latiſſime, &*
30 *nota, ꝙ hæc conſtitutio diuæ mem. non habet locum in dote de Franch. deciſ. 620. num. 14. vbi multa cumulat; & hæc conſtitutio procedit in quocunq; actu feudum tangente, idem Regens de Ponte conſ. 5 num. 3. num. 8. 24. 25. & 30 & explicatur per eundem in conſ. 1. num. 20.*

Et nota, ꝙ hæc conſtitutio non corrigit cap. primum de alien. feud. pater. d. Bambac. in cap. beneficium nu. 13. in ead. rubr. ſi de feud. defunct. mil.

Et hæc conſtitutio non procedit in alienatione neceſſaria, Fab. de Ann. in conſ. 55. num. 14. & in conſ. 75. num.

19. &

19. & habet locum etiam in officijs Reg. de Pont. dec. 28. nu. 29. & 30. ſed non habet locum in feudis planis, et de tabula Lanar. conſ. 92. num. 25. vel ſub feudis, quæ ſub Barone tenentur Ann. in alleg. 69. num. 37. de Franch. deciſ. 126. num. 4.

Et dum hæc conſtitutio tribuit reuocationis beneficium contrahentibus eiſdem, reuocans contractum per ipſos factum non dicitur eſſe in dolo cum ſub clypeo & auth. leg. id ſtat Reg. de Pont. dec. 6. num. 3.

Sed beneficium d. reuocationis conquieſcit poſt preces Regi porrectas, & pendente conſultatione ſuper aſſenſu præſtando Reg. de Ponte in præalleg. deciſ. nu. 3. 5. & 13. circa fin. 32

Et conſtitutionis præcibatæ beneficium ceſſat in venditione neceſſaria ſubhaſta reſpectu venditoris, quid tamen in emptore, ſeu offerente rem emere in auditio? an poſſit penitere, & reuocare oblationem idem nu. 13. & 14.

Quin etiam beneficium dictæ Conſtitutionis ceſſat data fraude reuocare volentis nec pariter habet locum in alienationibus ibidem nu. 8. & 12. & ideo non habet locum in refutatione facta proximè ſucceſſuro Io. Andr. de Georg. Reg. Conſiliarius in alleg. 19. num. 45. 33

Et hæc conſtitutio procedit tam in conſenſu, quam in inſtantia, idem de Georg. in alleg. 6. nu. 32. vbi etiam dixit nu. 37. quod procedit dicta conſtitutio tam in alienatione voluntaria, quam in neceſſaria, & in hoc loquutus eſt contra Frecc. contra Annam patrem, & filium, contra Vinc. de Franch. contra Reg. de Ponte ſupra relatos & contra omnes feudiſtas Regni. 34

Addo inſuper, quod ſcripſit nuper Regens de Pont. in ſuo tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Regio ſuper dote §. 1. nu. 31. & 32. quod hoc beneficium reuocationis habet locum tam in venditore, quam in emptore, & ſic dicit eſſe vſu forenſi receptum contra Frecc. & Ann. cuius occaſione tradit verum, & germanum intellectum ad dictam Conſtit. & dicit, quod habet locum etiam in promiſſione de vendendo, & pariter in promiſſione de redimendo, & ſic deciſum teſta-

tur, vt ibi num. 34. & num. 12.

Sed quid in feudis mixtis, ibidem num. 29. fol. 303.

Et quid ſi dominus tenetur aſſentire? Dic, quod ceſſet beneficium reuocandi, ibidem num. 33. fol. 305.

35 Conſtitutio hæc habet locum etiam aduerſus fiſcum ibidem nu. 13. fol. 383: & dum hæc conſtitutio prohibet alienationem, cenſetur, prohibuiſſe etiam inſtitutionem hæredis extranei ſine aſſenſu, vel legatum, quia alienationes dicuntur ibidem num. 18. fol. 384. & habet locum etiam in pacto de non petende ibidem num. 13. fol. 441. ſed reuocatio ceſſat, ſi Dominus præuenit in auocatione feudi ſine aſſenſu, & eſt litem conteſtatus ibidem num. 4. fol. 415.

Freccia tamen lib. 2. de ſubfeud. in cap. à regnicolis non ponitur vna quæſtio fol. mihi 105. dubitauit an emens feudum ſine aſſenſu poſſit emptionem reuocare antequam impetretur aſſenſus, & tenet, quod non; ſed Regens de Ponte ſupra relatus dicit contrarium fuiſſe vſu forenſi receptum.

Et ad hanc conſtitutionem vide 30. limitationes per Frecc. in quibus ius reuocandi non habet locum fol. 110. vſq; ad fol. 120.

Verſ. excadentias hoc vocabulum declarat l ſer. de his qui feudum dare poſſunt verbo Regis. item nedum excadentias,
36 ſed etiam res demaniales parũ vtiles locamus Camer. fol. 6. col. 2. ad culturam tñ deducendam, & non in fraudem iſtius legis, & l. imperialem Affl. deciſ. 129. in fine Freccia autor. 29. idem l ſer. ſupra hac lege verſ. minuendis. Excadentiæ vocabulum ſignificat feudum planum, & de tabula
37 alio vocabulo actenesie, alias feudum ruſticum quæ ſinonoma ſunt Affl. deciſ. 243. vbi diuidit in feudi ruſtici alien.
38 aſſenſum Baronis tantũ ſufficere Freccia lib. 3. fol. 420. de Ponte Regens tit. de aſſenſibus §. 2.

Iddem excadentiæ vocabulum declarat Napoda. in conſuetudine mulier de dotibus ver bo de excadentijs tit. de alimentis
39 & in locatione ſeu conceſſione excadentiarũ debet fieri mentio ſpecifice cõcedi in feudum vel ſub natura feudi, alias res erit cenſualis, et ſub natura rei cenſualis reponetur; & non amit-

amittitur ex cauſis ex quibus feuda perduntur Capicius verbo feudorum clauſule verſ. vaſallorumq; redditibus verſ. & aduerte fol. 104. poſt Napoda & alios.

Sed in quibus caſibus in regno infeudatio eſt permiſſa poſtquã per hanc legem ſecundum communem intellectum eſt prohibita, bene diſtinguit Capicius cap. feuda dant §. infeudat etiam quilibet limitatione 6. fol. 155.

Ad Conſtitutionem Quiſquis de Burgenſibus.

S V M M A R I V M.

1 Vaſſalli Burgenſes non reuocantur á Baronibus, quando alibi accedunt ad habitandum.
2 Vaſalli aſcriptitij, & angarij & perangarij reuocantur ſi alibi ad habitandum acceſſerint.
3 Alienatio bonorum an interdici poſſit vaſallo qui alibi accedere intendit ad habitandum.
4 Vaſalli quando dicuntur angarij, & perangarij.
5 Iudex competens quis erit vaſalli auocandi.
6 Vaſalli quando coguntur colere territoria Baronalia.
7 Baro an poſſit eius vaſallum angarium aufugientem propria auctoritate capere, & modice verberare.

MArinus Freccia lib. 2. de ſubfeud. auctoritate 15. fol. 348. a terg. Intelligit tex. iſtum 1
cum dictis Iſer. hic procedere in vaſallis aſcriptitijs feudo, & in vaſallis qui ad perſonalia ſeruitia tenentur, & angarij vel 2
perangarij ſunt, tunc Barones illos reuocant ſi alibi ad habitandum acceſſerint, tam in terra alterius Baronis quam Regis. ſecus erit in vaſallis Burgenſibus, & his qui angarij non ſunt qui ad eorum libitum poſſent ad habitandum accedere & recedere Afflict. deciſ. 265. num. 75. vbi Vrſillus Capicius deciſ. 168. in cauſa Vniuerſitatis, et deciſ. 118. & hæc eſt vera et æqua opinio.

Quis dicatur Burgenſis in materia huius conſtitutionis vide Benedict. in cap. Raynutius de teſtam. in verſ. & uxor. nu. 300. Bal. & Afflict. in prælud. feudor. in 13. col. Par. de ſindicat. de exceſſ. Baron. vbi quid debeat probari in re-

 uocatione

uocatione vaſalli à terris demanij, & quando à terris Baronis, vbi collige limitationem, & an perdat bona, quæ habet in terra Baronis.

3 Sed quid ſi Baro videt, quod vaſallus vult aufugere, & ad alium locum accedere ad habitandum, an poſſit interdicere alienationem bonorum Bart. in l. de pollicitationibus ff. de pollicit.

4 Et quando vaſalli dicantur angarij, & perangarij Capic. deciſ. 168.

5 Et ſi Poteſtas vnius Ciuitatis vult vendicare ciuem vel incolam ſuum, qui tranſiuit ad aliam Ciuitatem quis cognoſcet de tali caſa, & an vendicando debeat exprimi in quo ſit ſubditus vide Alber. in l. incola iam publicis prope fine & in l. de iure verſ. nota etiam quod quis ff. ad municip. & ad materiam iſtius conſtitut. vide omnino Affl. deciſ. 265.

6 Addo etiam in tantum Barones poſſe auocare vaſallos tranſeuntes ad alienas habitationes, quod etiam vaſalli non poſſunt deſerere culturam territorij Baronalis, & accedere ad colendum territoria extranea, Ann. in rubr. num. 68. de vaſall. decrep. ætat. allegat Luc. de Penn. in l. 2. de cenſ. lib. x. & in l. generaliter C. de decur. lib. x. Caſſan. in conſuet. Burgud fol. 330. quod vaſallus ratione feudi non poteſt refutare feudum eidem Domino inuito, & alibi accedere. Iſer. in tit. de Cap. qui cur. vend. num. 24. vbi Bald. et cæteri quos congerit Tiraq. de retract. Lignager. §. 34. ſub num. 6. & idem Iſer. in §. & ſi libellum in tit. de alien. feud.

7 Et quod Barones eorum vaſallos angarios, & perangarios, qui tenentur ad ſeruitia perſonalia aufugientes poſſint propria auctoritate, capere, & modice verberare Iacob. à Sancto Georg. in tract. de Royo. 4. col. Afflict. in conſtitut. ad ſcriptitios, & ibi Foller. num. 8.

Ad

SVMMARIVM.

1 Subuentio an debeatur pro monacanda filia.
2 Feudataria an pro maritanda ſe ipſa petat adiutorium.
3 Subuentio an debeatur pro omnibus filiabus maritandis.
4 Matri dotanti filiam an debeatur ſubuentio.
5 Rex petit adiutoria vigore iſtius legis ſicut alij Barones.
6 Vſufructuario an debeantur adiutoria.
7 Emptor cum pacto de retrouendendo an petat adiutorium.
8 Adiutorium hoc quantum aſcendit.
9 Adiutorium an debeatur pro faciendo filio Doctore.
10 Nepos ſuccedens Auunculo an petat adiutorium pro maritanda ſorore.
11 Subuentio pro emenda terra quot vicibus debeatur.
12 Barones petunt adiutoria á vaſallis quando Regem hoſpitantur.
13 Vaſalli qui tenentur in allodium an teneantur ad adiutoria, & nu. 19.
14 Nepoti an debeatur ſubuentio, ſeu promilitia nepotis an debeatur.
15 Adiutorium an debeatur vſufructuario, vel tenenti feudum in pignus, ſeu cum pacto de retrouendendo. num. 18.
16. Adiutorium an debeatur pro filia monacanda vel pro ſorore, & quid in nepte num. 17.
20. Adiutorium an debeatur pro maritanda filia ſpuria.

AD hanc conſtitutionem vide Aret. & Io.Fabr. in l. placet C. de Sacroſanct. Eccleſ. & an Eccleſiæ teneantur ſubuenire, quando poſſident feuda, & an pro monacanda filia petatur ſubuentio vide Napod. in conſuet. Neap. & ſi teſtator &c. cap. Regn. ad perpetuam rei memoriam. 1

Et an frater maritans ſororem poſſit petere adiutorium à vaſallis feudi noui per ſe acquiſiti Loffr. diſputat. in cap. 1. §. item Sacramentum de pac. iuram. firm. fol. 56.

Et an vaſſalli ſubfeudatarij teneantur feudatario maritanti ſubuenire Brun. conſ. 32. vbi de materia, & Guid. Pap. deciſ. 57.

Et an huiuſmodi adiutoria debeantur vſufructuario, vel Domino Cap. deciſ. 184. et an pro ſecunda filia maritanda peti etiam poſſint Guid. Pap. deciſ. 57. et fuit deciſum, quod ſic in cauſa inter Scipionem de Capua cum terra Campillattarij, et me referente Ill. Principis Conchæ.

Et an hæres filia pro ſe honorabilius maritanda poſſit petere adiutorium à ſubditis ſuis Boer. deciſ. 130. & quantum debeat eſſe iſtud adiutorium tradidit, Afflict. dec 136. 2

Legem

3 *Legem iſtam latiſſime exornauit Marinus Freccia lib. 2. auctoritate 2. per totã poſt Iacob de bello in tractat. de iure adohe, Releuij atque ſubſidij. Late quoq; Caſſaneus in conſuetudine Burgundiæ tit. de Iuſtitia rub. 1. §. 4. in tex. ibi mariage de vna figlie fol. mihi 122. Petrus de Gregorio de feudis parte 7. quæſt. 8. vltra deciſiones Præſidis de Franchis infra citandas, & Capic. in verſ. feudorum adiutoria.*

Subuentionem hanc deberi pro omnibus filiabus eſt hodie indubitatum idem Freccia d. 2. auctoritate q. 5. & an pro maritanda filia ſpuria Marinus q. 3. tenet quod non Roland. quod ſic conſ. 85. nu. 5. lib. 3. poſt alios, & in feudo nouo an petatur ſubuentio vltra Loffre. ſupra citatum videndus eſt Afflict. hic in quinta dubitatione de Franc. deciſ. 37. n. 10. & 22. cira finem, & ſubuentionem deberi feudatario pro omnibus filiabus eſt deciſum idem Præſidens de Franchis deciſ. 215. & 306. & quid ſi eodem anno duas filias maritauerit dicta deciſ. 215. num. xi. Intrigliolus centur. 2. de feudis articulo 93.

4 *Et an matri feudatariæ dotanti filiam propter inopiam mariti debeatur ſubuentio iſta Afflict. hic tenet quod ſic ſequitur Loffredus in d. cap. Sacramenta puberum verſ. quarto pro hac parte de pace iuramento firmanda aliqua D. de Franchis deciſ. 215. dubius fuit Freccia in 2. auctoritate in noua additione Boer. late deciſ. 129. Ferdinandus Vaſques controuerſiarum Illuſtrium lib primo cap. 7. num. 7. quæſtio hæc deciſa fuit pro Baroniſſa in Regia Camera in cauſa Elionoræ Brancatiæ Baroniſſæ Martignani terræ Hidrunti cum Vniuerſitate præuia maxima cauſæ cognitione Commiſſarius fuit Dñs Don Berardinus de Montaluo olim collega meus doctiſſimus nunc Regens in ſupremo Italico Conſil. apud Catholicam Maieſtatem meritiſſimus.*

5 *Rex an poſſit petere adiutoria ſicut cæteri Barones Iſer. hic concludit quod ſic eandem quæſtionem, etiam format, & ita concludit de pace iuramento firmanda nu. 52. verſ. prædicta conſtitutio.*

6 *Adiutoria hæc an debeantur vſufructuario vel vtili Dño in*

caſibus

caſibus in quibus cum aſſenſu, vnus eſt vtilis Dñus alius vſufructuarius Capic. 48.

Emptor cum pacto de retrouendendo an petat adiutorium 7 Frecc. diſputat. lib. 2. auctoritate 2. q. 17. verſ. hic quærò de noua quæſtione quod ſic refert & ſequitur D. de Franchis deciſ. 76. vbi pluries fuiſſe deciſum teſtatur.

Adiutorium hoc erit carlenorum quinque pro quolibet foculario computando focularia iuxta numerationem Regiæ Cameræ, & non aliter. Cæterum quando debetur pro filia monacanda quia parua eſt dos debetur ad rationem gr. 25 pro foculario quolibet Freccia auctoritate 2. num. 23. De Franchis deciſ. 42. etiam pro faciendo filio doctore debetur ſubuentio Freccia 2. auctoritate in princ. 15. & quod ſi auunculo ſuccedit nepos qui ſororem maritauit fuit deciſum deberi adiutorium Præſidens de Franchis deciſ. 73. ex qua ratione deciditur quæſtio de Amita. 8 9 10

Subuentio pro emenda terra vnica tantum vice debetur, & hæredes feudatarij iterum illam petere nequeunt, & hæc procedunt in feudo hæreditario ſecus erit in feudo ex pacto in quo quilibet ſucceſſor ex propria perſona petere poteſt adiutorium Freccia lib. 3. diff. 3. inter feuda hæreditaria à feudis ex pacto, & prouidentia qui allegat Afflict. hic. 11 12

Et quando Rex hoſpitatur in terris Baronum vaſalli contribuere tenentur dicit Iſer. hic verſ & nota, quod quando, & hoc fuit practicatum in Regno in aduentu Inuictiſſimi Caroli Quinti in anno 1536. Freccia teſtatur lib. 2. auctoritate 23. qui alios congerit.

Hæc Conſtitutio Regni quamplurimum loquitur in adiutorijs, ſeu collectis extraordinarijs non in ordinarijs, quorum exactio eſt ſemper vniformis de Franch. deciſ. 56. nu. 15. Sed an dicta conſtitutio procedit in vaſallis qui tenentur in allodium vide eundem in deciſ. 131. nu. 7. & ſeq. & an ſit onerofa ibidem nu. 8. & 5. 13

Hæc conſtitutio, quæ cogit vaſallos ad ſubueniendum Domino pro militia filij procedit etiam pro militia nepotis de Franch. deciſ. 215. nu. 8. & hæc conſtitutio eſt æqua, ſed 14

qua-

quatenus [illegible] onero[ſ]us fauorabilis [illegible] quia fundatur in æquitate can. ibidem num. 14. [illegible]

15 Et nota quod adiutorium debebatur Domino, non autem vſufructuario, vel alij qui tenet feudum ex pignus [illegible] in [illegible] fol. 27. [illegible] de [illegible] conſ. 3. [illegible]

16 Et in hac materia adiutorij Reg. de Franch. fecit multas deciſiones, & primo quod Dominus petere poteſt à vaſallis adiutorium non dum pro filia maritanda, ſed etiam pro filia monacanda in deciſ. 42. num. 1. & quod adiutorium debeatur in caſibus prædictis [illegible] profeſſio actus, ſi in [illegible] filia monialis [illegible] & [illegible] tempore quo poteſt [illegible] eadem deciſ. [illegible] & quod adiutorium tenentur vaſalli præſtare Domino pro dote ſororis in deciſ. 23. num. [illegible] & tunc debetur adiutorium pro maritagio quando Dominus habet [illegible] in [illegible] eadem deciſ. num. 23. & 9. Sed an vaſalli teneantur præſtare adiutorium Domino [illegible] pro [illegible] ſecundogenito [illegible] deciſ. [illegible] Et an vaſalli teneantur præſtare Domino adiutorium pro paragio [illegible] debita ſorori [illegible] in deciſ. 23. num. 13. & [illegible] totum, ſed non tenentur præſtare vaſalli adiutorium Domino [illegible] per eum [illegible] ad deciſ. num. 10. & quod adiutorium debeatur Domino cum pacto de [illegible] in deciſ. 79. num. 1. & quod debeatur Domino adiutorium ex cauſa onerosa quia ſoluitur à Domino Reg. eadem deciſ. num. 2. 9. & [illegible] Sed an adiutorium debeatur Domino per Vaſallos, qui poſſidentur in Burgenſatico in deciſ. 31. num. [illegible] & 2. quod ſic, & quod ſi adiutorium non eſt exactum per prædeceſſores Dominos an poſſit exigi per ſucceſſores ead. deciſ. num. 34. 35. & 36.

17

18

19

20 Et quod adiutorium non debeatur pro maritanda filia ſpuria Reg. deciſ. [illegible] & deciſ. [illegible] num. 20. [illegible] aliquem fol. 332. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 3. quæſt. poſt ſecundam autoritatem Baratum fol. 184. in nota impreſſorum quod debeatur adiutorium pro filia monacanda tempore quo facit profeſſionem, & non quando ingreditur

Ann. in

Ann. in ſing. 13. Boer. deciſ. 126. num. 12. Afflict. deciſ. 34 & eſt taxatum per Reg. Cameram ad rationem granorum vigintiquinque pro quolibet foculario Dom. de Franch. deciſ. 42. & quod etiam debeatur adiutorium quando filius Baronis Doctoratur Luc. de Penn. in l. 1. C. vt ruſtican. lib. x1. num. 33. ſed Frecc. de ſubfeud. in 2. lib. fol. 168. videtur alias ſentire.

Ad Conſtitutionem Comitibus.

SVMMARIVM.

1 Secundo genitus an poſſit alienare ius vitæ militiæ ſine conſenſu.
2 Vita, & militia quanta ſit.
3 Secundo genitus an contribuat in ſolutione Addohe, & Releuij.
4 Vita militia an debeatur Clericis Prelatis, & Cardinalibus.
5 Milites Hieroſolimitani Sancti Iacobi, Calatraue, & Alcantare an petant vitā, & militiam.
6 Vita militia an debeatur de feudo refutato.
7 Vita militia ſemel taxata non augetur neq; minuitur feudo diminuto.
8 Vita, & militia an debeatur de corporibus autis poſt mortem feudatarij.
9 Feudatarius an debeat alimenta percipere de fructibus feudi ſequeſtratis ad inſtantiam creditorum.

QVantum debeat eſſe adiutorium vide Cap. Regni Comites, & Cap. Regni pro parte vniuerſitatis, & Afflict. deciſ. 265. ſed an in liquidatione, & taxatione vitæ, & militiæ filiæ fœminæ dotate excluſe per Conſtitutionem in aliquibus, &c. computentur in numero filiorum Capic. deciſ. 158. & an proprietarius, vel vſufructuarius petat adiutorium à Vaſallis Capic. deciſ. 184.

*An ſecundo genitus poſſit alienare ius vitæ, & militiæ ſine
aſſenſu Domini, vide Aluar. in cap. Imperialem de pro-
hib. feud. alien. per Federic. in princ. & in cap. 1. §. ex eadem* 1
*lege de leg. Corrad. dum dicit quod fructus feudi durante
vita feudatarij poſſunt alienari ſine conſenſu Domini, &
idem dicit Card. in loco præalleg.*

Sed an vita militia ſit pars feudi, & an debeatur fratri mo- 2
*naco, qui eſt minor Afflict. hic, & Bar. in tract. de reintegr.
feud. fol. 394. verſ. nunc videndum, &c. & ſeq.*

 Et

2 *Et an ſecundo genitus teneatur contribuere in ſolutione ado-
hæ Affl. deciſ. 212. & quanta ſit vita militia Affl. in
cap. Imperialem §. præterea ducatus de prohib. feud. alien.
per Federic. & ibi an vno ex fratribus moriente portio ac-
creſcat alteri vel primogenito? & an debeatur de fructi-
bus, & iuriſdictione, & an frater primo genitus poſſit of-
ferre alijs fratribus vitam, & militiam, & portionem
legitimam in pecunia, & an ſecundo genitus teneatur con-*
3 *tribuere in ſolutione adohæ, & releuij, & in alijs expenſis,
vltra Afflict. ſupra relatum deciſ. 212. vide Loffred. in d.
cap. Imperialem §. firmiter de prohib. feud. alien. &c.*

*Et ſi ſtatutum dicat, quod cauſæ compromittantur an habeat
locum in vita, & militia Afflict. deciſ. 43. Dñs Bambac.
in cap. qui cler. in tit. ſi de feud. defunct. mil. fol. 55. cum
pluribus ſeq. latiſſime tractauit materiam huius conſtitutio-*
4 *nis, & primo an vita, & militia competat clericis ſecundo
genitis Cardinalibus cæteriſq; Prælatis? & an primoge-
nito effecto clerico competat vita, & militia in quæſt. x. per
totam, & Vinc. de Franch. deciſ. 20. & Minad. in conſt. in*
5 *aliquib. verb. filiorum nu. 7. & nu. 16. Capy. dec. 211. Nig.
in cap. alienationis actus nu. 16. quid in militibus Hieroſo-
limitanis, Sancti Iacobi Calatrauę, Alcantare, & ſimili-
bus vide eundem fol. 57. 58. cum ſeq. Deniq; ſuper his quę-
ſtionibus vide Reg. de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proreg.
fol. 323. num. 28. 29. & 31.*

*Et quid ſi feudum eſt refutatum à Patre filio contemplatione
matrimonij in vita, an hic refutatarius mortuo Patre te-
neatur ad præſtandam vitam, & militiam fratribus ſe-*
6 *cundo genitis quod ſic vide Ann. in alleg. 23. qui licet te-
neat pro parte negatiua tamen contra ipſum fuit deciſum,
vt ibi teſtatur & nota, quod vita, et militia debetur de iure
luendi venditis omnibus feudi introytibus cum pacto de re-
trouendendo idem conſ. 79. nu. 29. et 30.*

7 *Et ſit taxatio vitæ, et militiæ ex fructibus feudi ſecundum red-
ditus tempore mortis in eodem conſ. nu. 1. & 2. & nota quod
vita, et militia ſicut diminuto feudo non diminuitur, ita nec*

debet

debet augeri feudo a l auſto Reg. de Ponte in præalleg. conſ. 39. nu. 23. Quod ſi poſt mortem feudatarij fuerint noua 8
corpora ad feudum reintegrata an vita militia augeatur fuit deciſum quod ſic D. de Franch. deciſ. 61. in 2. dubio, & in liquidatione tempus mortis feudatarij attendetur eodem prædicta deciſ. 61.

Ex verbis Iſer. hic in fine ibi dignitas non minuatur colligitur vnum ſatis notabile dictum à Marino Freccia ponderatum lib. 2. auctoritate 34 Feudatario deberi de fructibus feudi ad creditorum inſtantiam ſequeſtrati quantum neceſſarium eſt pro ſuis alimentis, & ita in Sac. Conſ. ſer- 9
uari refert arg. c. 1. in fine Epiſ. vel Abbatem.

Ad Conſtitutionem Poſt mortem.

SVMMARIVM.

1 Releuium an debeatur de feudo legato cum aſſenſu.
2 Releuium an debeatur de feudo refutato.
3 Refutationes regiſtrantur infra 15. dies in Regno.
4 Releuium an debeatur de refutatione dictorum bonorum.
5 Releuium an debeatur de feudis donatis contemplatione matrimonij, & quid hodie ſecundum pragmaticam num 6.
7 Releuium an ſoluatur de feudis refutatis reuerſis ad refutantem qui refutatario ſuccedit.
8 Minor & prodigus an reſtituantur in integrum in ſolutione duplicari releuij.

PVpillus ſoluit releuium non expectato 14. anno ſuæ ætatis.

Agitur hic de materia releuij, in qua ſcias, quod releuium non debetur de feudo legato, cum aſ- 1
ſenſu, niſi reſeruetur M inad. in repet. conſtitutionis in aliquib. in princip. nu. 52. & 53.

Quando refutatio fit proxime ſucceſſuro, quia eſt contractus inter viuos, releuium non ſoluitur Iſer. in cap. 1. ſed & res 2
per quos fiet Inueſtitura, & in conſtitutione Regni, conſt. Dni. mem. & in cap. 1. §. & ſi libellum de alienat. feud. patern. latius Frecc. lib. 2. ſubfeud. 3. author. nu. 17. cum ſeq. quando ſincere, et ſine fraude fiat refutatio, vt etiam declaratur per Pragmaticam Regn. ann. 1579. editam tempore Illuſtriſſimi Marchionis de Mondeſciardum ſtatuitur

tur, vt deinceps refutationes infra quindecim dies poſt celebrationem ipſarum debeant præſentari in Reg. Camera, vt ibi annotentur, & curia certior facta ex hoc poſſit poſt mortem refutatarij petere releuium, ac etiam deuolutionem per mortem, vel per alios caſus contingentes: ſed quando refutatio eſt omnium bonorum tunc ſecundum Andr. in d. §. ſed, & res ex reg. tex. in l. omnes §. Lucius ff. de his quæ in fraud. credit. præſumeretur fraus & deberetur releuium, ſed ſi refutatio fuerit facta contemplatione matrimonij iuxta ſolitam, & communem contractationem maxime ſi ob inſignes nuptias, tunc quia vna præſumptio excludit aliã, ad tex. in l. diuus ff. de reſtit. in integr. ceſſabit præſumptio

5 *fraudis, & valida erit refutatio ex iuſta, & licita cauſa, & minime releuium ſoluitur, & ita fuit decifum in Reg. Cam. in cauſa Principis Melfiæ, & in cauſa Comitis Sinopolis, & alijs quampluribus, vt teſtatur Reg. de Ponte in ſuo tract. de pot. Proreg. in rub. de refutatio. feud. nu. 5 cum pluribus ſequen. Capyc. deciſ. 85. de qua deci. meminit Ann. in alleg. 23. & me referente in cauſa Illuſt. Ducis Magdaloni cum Regio Fiſco. Addo etiam quod hodie debetur releuium de feudis refutatis ſecundum gratiam editam in an-*

6 *nõ 1558. vt dicit Bamba. in cap. beneficium num. 45. in tit. ſi de feud. defunct. contempt. &c. ac etiam dicit in cap. ſi vaſall. culpa nu. 13. quod releuium duplicatum ſoluitur in Regno non denuntiata morte defuncti, & in cap. ſi minori*

7 *nu. 24. dixit, quod releuium ſoluitur de feudis reuerſis ad patrem refutantem qui filio refutatario ſuccedit, vt per D. de Franch. in deciſ. 3. & Ann. in tit. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 350. & ſeq. & quod diximus de duplicato releuio ſoluendo quando non ſit denunciatio mortis dico quod minori da-*

8 *tur reſtitutio, & ſic fuit practicatum etiam in prodigo, vt per eundem D. Bambacar. in c. ſi minori quæſt. 4. per totam, & adeſt deciſio Reg. Cam. anni 1544. quæ hic inferitur.*

Super inſtantia ſæpius facta in Reg. Cam. Summariæ per M. Regij fiſci procuratorem quod pupilli ſoluant releuium eo

modo

modo, & forma prout maiores ſoluunt non expectato lapſu quatuordecim annorum prout alias fuit deciſum per dictam Regiam Cameram.

Viſo decreto alias lato per eandem Regiam Cameram in perſonam Comitis Palenæ pupilli vt ſolueret releuium non obſtante pupillari ætate de quo decreto pro parte dicti Comitis fuit habitus recurſus ad Illuſtriſſ. Dñum Proregem, & ſua Illuſtriſſima Dominatio ordinauit quod Sacrũ Reg. Conſ. ſuper hoc dubio votaret Sacr. Conſ. concurrendo cum dicta Reg. Cam. fuit voti quod dictus Comes Palenæ ſoluat releuium non obſtante pupillari ætate. Viſo etiam decreto lato per dictam Reg. Cam. die 15. menſis Maij 1521. & confirmato per eandem Regiam Cam. die 13. menſis Octobris eiuſdem anni in perſonam Io. Antonij Gagliardi pupilli, quo fuit prouiſum dictum Joannem Antonium pupillum debere ſoluere ſimplicem releuium non obſtante pupillari ætate, viſo etiam alio decreto lato per eandem Reg. Cam. die 16. Aprilis 1530. quo fuit prouiſum ꝙ Illuſtriſſ. Princeps Sulmonæ non obſtante pupillari ætate ſoluat Ius releuij, & quod ſoluatur de pecunia redditus quos habet in Regia Dohana Ciuitatis Neap. viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, & de omnibus facto verbo per dictam Regiam Cameram referente Mag. Dño Franciſco Reuertero Præſidente dictæ Regiæ Cam. & Commiſſ. prædicto Illuſtriſſ. Dño Proregi in Regio Collaterali Conſil. fuit per dictam Regiam Cameram communi voto prouiſum, & decretum prout diffinitiuo decreto prouidetur accedente etiam voto Excellentium Dñorum Regentium Regiam Cancellariam quod pupilli teneantur ſoluere releuium Regiæ Cameræ debitum non obſtante eorum pupillari ætate eodem tẽpore modo, & forma prout maiores ſoluunt hoc ſuum &c.

Releuium ſoluitur ex more a ſucceſſore Andr. bis, & in cap 1. nu. 14. cap. Corrad.

Releuij materia habetur in cap. 1. §. ſed & res per quas fiat inueſt. vbi quod non ſoluitur a donatario, nec ab alio contrahente: ſi tamen Pater donat omnia feuda filio, debebitur

rele-

liquit balium, vt per cap. Regn. feudatarios, & quod dictum eſt in Patre, idem in Auo, Verum non facta diſpoſitione per patrem vel auum, vel mortuis ab inteſtato inter perſonas per Regem eligendas præfertur mater ſecundum prædictum cap. ac etiam Auia, ſic declaratum, & interpretatum ſecundum Andr. in hac conſtit. minoribus, ſed hæc omnia intelligentur decedente patre vel filio ſui iuris alias ſuperſtitibus patre vel auo in quorum poteſtate erant reaſuri filij, ſeu nepotes minores tunc non tractatur de Balio dando per Regem, ſeu Proregem ad inſtar tutelæ quæ datur in capite libero, & non regulatur hoc à ſucceſſione, ſed à poteſtate, & propterea, & ſi aſcendentes in feudis non ſuccedunt non ideo minus non habebunt filios, ac nepotes in poteſtate ita Reg. loco prealleg. qui allegat Capic. in repet. cap. Imperialem § præterea Ducatus, & ſubdit quod ſi Baliatus ſit alicuius magni Principis 3
non tenebitur Balius ſatisdare iuxta valorem bonorum adminiſtrandorum ſed Iudex, temperare debet eo modo quo poteſt reperiri, & forma ſecurior erit, vt quolibet ſemeſtri computa pñtentur, & de alijs in hac materia late idem ſcripſit in dec. 20. in cauſa Ducíſſæ Acheruntiæ vbi materia Baliatus quomodo in Regno procedat diſcutitur quando mater præferatur omnibus ab inteſtato in Baliatu, quantum lex de ea 4
confidit, & per quæ verba per teſtatorem dicatur Balius conſtitutus, & tandem quomodo Iudex ad pupilli vtilitatem poterit recedere a voluntate teſtatoris.

An autem balius pupilli iurare debeat fidelitatem, & perſonaliter ſeruire cogatur Aluar. in cap. ſi minori in tit. ſi de feud. defunct. controu. fuer. &c. num. 6. dicit quod non, & allegat Ardiz. ſed verius eſt, quod iurare tantum teneatur, non autem perſonaliter ſeruire: ſed ſi ſeruitium conſiſtit in pecunia de bonis, & fructibus feudi, tunc tenetur: & ideo Balij in Regno ſoluunt dimidiam partem fructuum illius anni iuxta terminos l. Imperialem § firmiter de prob. feud. alien. per Federic. 5

Ad Conſtitutionem ſi quis poſt litem.

SVMMARIVM.

1 Quomodo fiat exequutio pro legato in feudis illorumq; fructibus.
2 Quando fructus capiantur in cauſam iudicati.
3 Feudi venditio quando procedat pro debitis contractis propter onera feudi.

1 *IN materia huius conſtitutionis ꝙ fiat exequutio pro legato ſine aſſenſu in feudo hæreditario in fructibus etiam contra hæredem cum ben. ſ. leg. & inuent. vide Loffr. conſil. 46. aduerte tamen quod hodie etiam pro debito feudatarij ſine aſſenſu non proceditur ad venditionem feudi ex litera Regis Philippi II. quam refert, et ita practicari teſtatur Præſidens de Franchis deciſ. 593 in fine, et ex hoc Regio ordine, & praxi inde orta corrigitur theorica Iſer. hic.*

2 *Et quando fructus capiantur in cauſam iudicati, & an eo caſu debeat aliquid remanere pro victu poſſeſſoris debitoris, Tiraq. de Iur. retrac. fol. 36. & 77. & de intellectu huius conſtitutionis vide Camer in repet. l. Imperial. fol. 13. lit. H. & Frecc. in 3 lib ſubfeud tit de differ. inter feudum hæreditarium, & ex pacto verſ. 5 pro debito: vbi etiam quod iſta conſtitutio locum habeat poſt litem conteſtatam, & non ante.*

Et ad hanc conſtitutionem vide tradita in conſtitutione præcedenti quæ ad idem tendit, & vide Brun. in ſuis conſil. feudal. conſil. 18. col. 5. Loffr. conſil. 14. num. 73. cum ſeq. in verb. & dicti col. fin & quod in feudo titulato non fiat immiſſio ex primo decreto Afflict. in conſt. ſiue reali num. 3. & vide etiam Tiraq. de retract. Lignager. §. 7. gloſ. 7. num. 49. & 50.

3 *Et quando dicatur vendi feudum pro debitis contractis per feudatarium propter onera feudi, vltra tradita per Iſer. hic vide Camer. in cap. Imperialem fol. 14. litera S. cum plurib. ſeqq. & fol. 13. litera. L. & ſeq. & fol. 49. litera V. & fol. 50. litera O. & ſeq. & quid ſi Rex non conſentiat in caſibus in quibus tenetur conſentire an aſſenſus habeatur pro præſtito, vel teneatur ad intereſſe, vide Camer. fol. 14. litera E.*

Ad Conſtitutionem Caſtra.

S V M M A R I V M.

1 Rex cuſtodit Caſtra Baronum in caſu belli, & milites apponit.
2 Rex reficit, & deſtruit fortalitia Baronum ad ſui libitum tempore belli, vt melius ſibi videtur.
3 Rex vegetes comburit, vt inimici victu careant tempore belli, & alia plura facit.
4 Clericorum fortalitia an cuſtodiri poſſint a rege tempore belli.
5 Priuilegia magno Principi cõceſſa, an tráſeant in quemlibet emptorẽ feudi.
6 Refectio murorum Ciuitatis ad quem ſpectat.
7 Clerici an teneantur contribuere ad refectionem murorum Ciuitatis.
8 Facultas reedificandi Caſtra, an comprehendatur in generali conceſſione Caſtri.
9 Refectio murorum, & Caſtrorum in caſu belli, cuius ſumptibus fieri debeat.

IN feudis, & Caſtris Baronum quibus Per
Regem fiunt amplæ conceſſiones etiã cum me-
ro, & mixto imperio, & alijs. põt Princeps ex 1
ſuprema auctoritate in caſib. ſibi melius viſis
ea cuſtodire, milites apponere, ædificia inca-
ſtellare, & alia prout melius ſibi videbitur. l. ſi ita §. domi-
nus ff. de vſu & habita. Marinus de ſubfeudis lib. 2. autor.
12. Capycius in c. imperialem verſ. quarta concluſio fol. 28.
Iacobinus in tractatu feudorum Verbo, & Caſtro rubei
montis verſ. vlterius quæro. & ſi feuda ſunt in confinibus
poteſt facere, & reficere fortalitia Alber. in l. fin. per illum
text. de vſu, & habita. Bal. conſ. 122. lib. 4. Capycius vbi 2
ſupra quod ita in regno practicatur, & nedum poteſt ædi-
ficia deſtruere ſed Bal. teſte in l. lapilli in additione de rerũ
diuiſ. nu. 2. quod tempore guerræ ſi publica vrget vtilitas
deſtruit ædificia ſupra altitudinem ſtatua, quæ defendi
nequeunt. Comburit etiam Princeps vegetes, vt inimici 3
victu careant. Angelus in auth. nunc ſi hæres: dicit, quod
Rex apponit etiam nouum caſtellanum propter inimico-
rum ſuſpictionem, et ad Baronum cuſtodiam, & etiam 4
in fortellitijs clericorum id procedere dicit Paulus de
Caſtro in l. cunctos populos col. fin. C. de ſumma. Trinita.
& fide Catholica: ſed an dominus feudi teneatur cõtribue-
re vltra Freccia loco ſupra citato infra latiſſime dicetur.

Addo etiam quod aliàs per cap.incip.Item ſtatuimus quod ab Vniuerſitatibus. diſpoſitum erat quod Ciuitates teneantur ad reparationem Caſtrorum; quod fuit moderatum per pragmaticam Regis Ferdinandi Primi incipientẽ ad perpetuam rei memoriam vt ibi aduertit Campagna & nos fuſius tam iure cõmuni, quam Regni inferius dicemus.

Et hoc ius & alia priuilegia magno Principi conceſſa cum caſibus reſeruatis, an tranſeant in generalem alienationem cum aſſenſu factam perſonis inferioribus quibus Rex

5 talia veriſimiliter non fuiſſet conceſſurus vel difficilius, quod non ita iudicatum pluries teſtatur. Dominus Minadous in repetitio. conſtitu. in aliquibus in verbo textus conſtitutionis nu. 39.

6 Quæ intelliguntur in Caſtris, & fortalitijs Regijs ſecus in refectione murorum ciuitatis ex quo hoc pertinet ad eandem ciuitatem, & poſſunt ciues ad contributionem cogi iuxtà ipſorum facultates ad tex. in l. ne ſplendidiſſimè, & in l. omnes & l. tutores C. de operibus publicis.

7 Et ad refectionem murorum ciuitatis tenentur contribuere etiam Eccleſiaſtici: ſecundum Lucam de Penna in l. finali C. de exactoribus tributorum Abbas in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitu. Surdus conſ. 301. vol. 3. non ex vi legis laicorum, ſed ex vi rationis. Sicut dicimus in conſtructione, & refectione pontium, & viarum, & in excubijs, a quibus nemo eſt immunis non obſtante qualibet mimunitate & priuilegio l. 1. C. de collat. lib. 10.

Et pro qua rata bonorum, vel perſonarum contribuunt clerici in caſibus prædictis & vtrum pro bonis Eccleſiaſticis, vel proprijs vltra Marinum Frecciam loco ſupra citato Lucas de Penna, & alij etiam Canoniſtæ tangunt, & diſputant articulum quibus me remitto.

Et vtrum in generali cõceſſione caſtri cum iure reintegran-

8 di comprehendatur facultas reedificandi, caſtra, terras, vel ciuitates deſtructas, & inhabitatas abſq; alio aſſenſu ſuperioris domini, & quid in baronibus habentibus in eorum territorijs antiqua ædificia inhabitata. Panor. in c.

*piſanis in fin. num. 15. de reſtit. ſpoliator. concludit &
ſic, ſi non ſit ad alterius iniuriam, & emulationem, ſed
in augumentum patrimo. & honoris ſui cap. conſuluit de
Iudic vbi Ancharan. poſt Abba. & eſt de mente Iſer. hic
Scleuader. in tract. de feudis parte 2. cap. 3. num. 44. &
45. Iacobinus Felinus, & alij quos articulum diſputando
allegat D. Bammacarius in cap. in generali q. 16. ſi de
feudo defunt. milit. & poſt omnes Dñs Regens de Ponte in
tract. de poteſt. Proregis tit. x. de feudis inhabitatis fol. 466
& in Camera quotidie practicamus, quòd ad petitionem
Baronum, qui volunt rehabitare terras, & caſalia inha-
bitata Proreges committunt Regiæ Cameræ, quæ referat
cum voto, & ſe informet, & qño præſtetur aſſenſus ſolet
eſſe cum clauſula vt ex exteris fiant rehabitationes. Præ-
dictis omnibus ego addo Loffredum in cap. filij col. 3. verſ.
nec in hoc caſu ſi de feudo defunti militis Petrum Duenam
Regula 32.*

*Ceterum pulchra, & practicabilis cadit dubitatio in materia
iſtius Conſtitutionis vtrum refectio murorum (in caſu
belli) & (aſtrorum, fiat ſumptibus populi, vel Baronum* 9
*regionis, vel ipſius Regis. magis communis DD. eſt con-
cluſio quod Rex reficit, & reparat fortilitia ſuis ſumpti-
bus nec illos à feudatarijs vaſſalliſue recuperat, niſi ipſe
Rex egeat Bal. in l. ſi in aliquam ff. de officio proconſulis
Ioannes Socrates ſuper conſuetudine Cataloniæ titulo
qualiter detur poteſtas caſtri ſi caſtrum eſt deſtructum
verſ. at vero ſi caſtrum eſt dirutum fol. 53. Cremenſis ſin-
gul. 26. Boer. de cuſtodia clauium. Grama. conſ. 13. col.
pen. Cepolla de ſeruitutibus Vrbanis cap. 39. col. fin. &
alij quos congerit Bouadilla in ſua politica lib. 4. cap. 1.
nu. 24. fol. mihi 568. In Regno adeſt pragmatica edita in
anno 1472. in qua ſtatuitur, quod vniuerſitates cogi non
poſſint ad aliquid ſoluendum pro reparatione caſtrorum,
ſeu ædificiorum quorumcumq. exceptis illis vniuerſitatibus
quas ex aliquo priuilegio vel titulo repertum fuerit teneri
aliqua de Franchis d. decif. 78.*

Ad Conſtitutionem Regni Conſuetudinem prauam.

S V M M A R I V M.

1 Excadentias Baroni deuolutas vtrum Baro teneatur iterum concedere.
2 Rex poteſt excadentias ſibi deuolutas abſque dubio appropriare.

AN. *Baro poſſit excadentias ſiue feuda plana*
1 *ſolita concedi eidem deuolutas per lineam fi-*
nitam vel quocunq; modo ſibi incorporare,
et feudo agregare, vel teneatur alteri con-
cedere. dubitat Bal. in cap. 1. §. ſi vero quali-
ter olim poterat feudum alienari. dicens quod ſi Baro de-
bet ammittere feudum ob culpam Rex non debet ſibi appro-
2 *priare, ſed debet alteri Baroni concedere. Paris de rein-*
tegratione feudorum in principio tenet pro Barone, vt
non teneatur alteri concedere, ſed poſſit in ſuo demanio
incorporare quæ opinio eſt veriſſima et probatur in con-
ſtitu. vt de ſucceſſionibus circa finem et pro Rege, et Baro-
ne concludit Regens de Ponte in tracta. de poteſtate Pro-
regis titulo de electione officialium §. 3. fol. 108. cum plu-
ribus ſequentibus.

Ad Conſtitutionem Quadragenalem.

S V M M A R I V M.

1 Præſumptio quæ oritur ex poſſeſſione 40. annorum an ſit ſublata per verbum ſemper & quandocunque.
2 Conſtitutio hæc an remoueat donationes, & inueſtituras præſcriptas.
3 Præſcriptio 40. annorum vtrum contra Regem abſentem procedat in Regno.

P*Ræſumptio hæc quæ oritur ex poſſeſſione 40.*
annorum vigore iſtius legis municipalis an
intelligatur ſublata per verbũ ſẽper & quan-
docunque Couar. lib. 1. variarum reſolatio.
cap. 3. Surdus deciſ. 2. qui alios cumulat. Con-
ſtitutio hæc non remouet donationes, & inueſtituras præ-
2 *ſcriptas ex diuturnitate temporis 30. annorum & præ-*
ſtatione ſeruitij Iſer. in conſtitutione ſi dubitatio col. 2. &

col.

col. fin. & hic in fine, & poſt eum late Aſſlictus Freccia de ſubfeudis prima auctoritate q. 28. nu. 3. Ioannes Vincentius Anna in rubrica de vaſallo decrepitæ ætatis verſ. inueſtirentur num. 446. & ſequentibus. Sed vtrum præ- 3
ſcriptio hæc contra dominum noſtrum Regem à regno abſentem procedat vel centenaria requiratur. In Camera practicamus quod centenaria requiratur Anna ſingul. 194. et in rub. de vaſallo decrepite ætatis nu. 450. & ſequentibus Octauius Bamacarius late in cap. ſi quis per triginta in titulo ſi de feudo defuncti militis quæſt. x. fol. 41. et 42. vbi latiſsime de materia huius conſtitutionis plura notabilia congerit.

Ad Conſtitutionem Regni Adulterinam.

SVMMARIVM.

1 Cudere monetam eſt de regalibus inſeperabilibus a Corona Regis.
2 Rex concedendo iūs cudendi monetam dicitur homicida ſuæ dignitatis.
3 Regalia non includuntur in quauis generaliſſima, & ampliſſima conceſſione.
4 Princeps ſolus ſine populi conſenſu poteſt monetam mutare.
5 Princeps in caſu belli, vel alterius neceſſitatis monetas de vili materia ferrea, enea vel corio cudere poteſt.
6 Monetas falſificantes qua pœna puniuntur.
7 Monetas falſas expendens qua pœna punitur, & quid ſi dat autorem, num. 8.
9 Monetas falſas expendens allegando autorem quomodo liberatur.
10 Repertus cum inſtrumentis cum quibus falſa moneta cuditur torqueri poteſt
11 Tentans cudere falſam monetam quomodo punitur.
12 Moneta falſificat in territorio alterius principis qua pœna falſificans punitur.

CVdere monetam eſt de regalibus inſeperabilibus a Corona Regis, & hac ratione incurritur in crimen leſæ Maieſtatis Bal. in prohemio feudorum col. 8. verſ. expedita Lucas à Penna in l. 1. col. 8. verſ. hæc faciunt C. de priuilegijs ſcolarium qui ſubdit quod etiam generaliter conceſſis regalibus ius cudendi monetam non includitur, quia oſſibus Principis eſt affixum a cuius poteſtate ſeperari nequit, alias Rex eſſet homicida ſuæ dignitatis. Bal. in cap. licet cauſam col. 3. de probationibus Camer. in cap. imperialem fol. 71. in magnis col. 1. & 2. Item generaliſſima & ampliſſima conceſſio nunquam includit regalia Præſi- 1

dens de Franchis deciſ.275. Menochius de præſumptionibus lib.3.præſumptio.98.nu.31. Pariſius conſ.8.num.9. & conſ.9.num.11. & videnda ſunt quæ cumulauit dominus Bammacarius doctor eruditus in capitulo in generali.quæſt.14.nu.179.ad 183.ſi de feudo ſuncti militis.

4 Princeps ſolus ſine populi conſenſu poteſt monetam mutare Boer.deciſ.327.num.6.& 7.Lucas de Penna in rubrica C.de veter.muniſ. multo magis vrgente belli neceſſitate quo tempore etiã de vili materia poteſt cudere monetas puta ferri, eris, corei, & id genus. Neceſſitate tamen ceſſan-

5 te tenetur Rex compenſare & damnum reficere illis penes quos talis moneta reperitur Iſer.quæ ſunt regalia verbo moneta nu.32.Boerius deciſ.227.nu.12.

6 Falſificantes monetas puniuntur pæna mortis,& publicationis bonorum & ita practicatur in regno de Franchis deciſ.275.num.2.& 401.num.2.qua poena mortis etiam

7 punitur expendens falſam monetam ſciens tamen & doloſe idem Præſidens de Franchis deciſ.371.num.2.& deciſ.

8 401.num.2 ſed dato autore non punitur deciſ.404.num. 3.Cæterum non oſtenſo autore punitur taquam fabricator ſi eſt malæ conditionis,& famæ eadem deciſ.num.4.ex-

9 cuſatur tamen allegando autorem etiam non expreſſo nomine ſi fuerit bonæ famæ alias ſecus dicta deciſione nu.5.

10 & repertus cum inſtrumentis cum quibus falſa moneta cuditur torqueri poteſt.ex hoc ſolo inditio Hypolitus de Marſilijs in l.qui falſam numero 106.col.antepenultima verſ.modo expeditis ff.ad legem Corneliã de falſis,& quid

11 ſi tentauerit falſam monetam cudere an debeat mori quod ſic ſi operari cœperit,& non aliter ita intelligi debet Gramaticus deciſ.74.alias non eſſet bona deciſio illa neque iuridica,quia cogitationis pœnã nemo meretur ſi operari non incipit delinquens l.cogitationis pœnam de pœnis Iſer.quæ ſunt regal.& alibi ſæpius & quando operari cepit et ſi opus non perfecit punitur quia per eum non ſtat quominus cæptum opus proficiat,ſed præuentus à Curia nõ perfecit. Et ita paucis ab hinc diebus fuit iudicatum re-

ferente D. Io. Baptiſta Maſcambruno Iudice cauſ. crim. eruditiſſimo iuxtà deciſ. Gram. 74.

Quid ſi crimen hoc falſæ monetæ committitur in territorio alterius Principis, cuius non eſt moneta illa falſificata D. D. concludunt puniri pœna mortis Sacrum tamen Conſilium condemnauit quendam ad triremes in vita Dominus de Franchis deciſ. 440. 12

Ad Conſtitutionem Sancimus de iure congrui.

S V M M A R I V M.

1 Conſtitutio Sancimus an procedat in Ciuitate.
2 Ius Congrui an habeat locum in feudis, & num. 13.
3 Conſtitutio hæc an procedat in permutatione.
4 Prælatio vtrum detur in permutatione Emphiteoſis.
5 Vniuerſitati an competat demanium in caſu permutationis.
6 Ius congrui an competat in venditione facta cum lege luendi.
7 Emptor feudi cum pacto de retrouendendo interim vere baro dicitur.
8 Ius congrui an competat in conceſſione in Emphiteoſim abſque pacto affrancandi in pecunia.
9 Ius congrui an competat contra ementē ab Hoſpitali Annunciatæ Neapolis.
10 Ruſticus contra ciuem an habeat ius congrui.
11 Ius congrui petens an poſſit pœnitere.
12 Ius congrui an competat laico contra clericum, & è contra; & quid in venditione neceſſaria num. 14.

VTRVM Conſtitutio iſta procedat in Ciuitate Neapolis, & eius diſtrictu Præſes de Franchis deciſ. 346. num. 10. & 390. num. 3 1 *Item an habeat locum in feudis Bal. & Affl. hic tenent affirmatiuam per tex. in cap. 1. §.* 2 *ſed & res per quos fiat inueſtitura quos refert D. Bammacarius in cap. Titius ſi de feudo defuncti militis q. 2. num. 57. & ſi contrarium teneat Præſidens de Franchis deciſ. 17. num. 11. pendet nunc deciſio huius quæſtionis in Sacro Conſilio Iuntis duabus aulis inter illos de familia Pranzana cum Sereniſſimo Duce Parmæ ſuper feudo de Ciparico ſito in territorio Caſtris Maris de Stabia poſſeſſo per dictum Ducem interim vide deciſ. 11. Domini Regentis de Ponte, & quæ inferius etiam dicam.*

Conſtitutio hæc procedit in venditione non in permutatione probatur in tex. concordat conſuetudo Neapolis in tit. de

iure

iure congrui vbi Napodanus in verbo emit, et Afflict. hic num. 11. in 3. notabili. Item in emphiteoſi non datur
4 Prælatio in permutatione Bal. in l. ſi domus §. fin. de lega. 2. Jmola in cap. potuit de rerum permutatione Iaſ. in l. fin. num. 101. C. de iure emphiteutico Tiraquellus de retractu conſanguinitatis §. 3. gloſ. 1. nu. 34. Caſſaneus in conſuetudine Burgundiæ de retra. §. 9. verſ. quid autẽ. Nec ius
5 prælationis in cauſa demanij petiti per vniuerſitatẽ habet locũ in cõtractu permutationis, etiam vbi ſuppletur pretiũ c. ad q̃ſtiones de rerũ permutatione vbi Abb. & cæteri, et in materia prælationis notat Albericus, & Bald. in l. quæritur. ff. de ſtatu hominũ Tiraquell. in d. §. 3. gloſ. 1. in principio Ferronus in cõſuetudine Burdegalenſi. §. 29. & 30.
6 An ius congrui competat in venditione facta cum lege luendi Napodanus tenet, quod ſic in conſuetudine 1. de iure congrui in gloſ. in verbo emit col. 2. quem hic ſequitur Afflict. in §. licet in 6. col. Caſſaneus in conſuetudine Burgundiæ ſol. 340. ratio eſt pronta quia emptor cum pacto de retrouendendo pendente reemptione dominus eſt quamuis reuocabilis, adeo quod emptor feudi cum pacto de retro-
7 uendendo interim vere dominus dicitur et habet omnia iura dominicalia atque auctoritates baronales quas habent cæteri feudatarij plures cumulat in hoc Marinus Freccia auctoritate ſeptima.
8 Jus congrui ceſſat in conceſſione in emphiteoſim abſque pacto affrancandi in pecunia Alex. conſ. 28. col. 2. lib. 1. ſed exiſtente pacto affrancandi habet locum ius congrui Afflict. deciſ. 72. et ibi addentes. Anna ſingul. 295. de Franchis
9 deciſ. 392. et 610. num. 5. ſed an competat contra ementes ab Hoſpitali Beatæ Mariæ Annuntiatæ Neapolis. idem
10 Præſes de Franchis deciſ. 383. nu. 1. ruſticus contra ciuem ab habeat ius congrui. Idem deciſ. 337. num. 1. & petens
11 ius congrui an poſſit pœnitere deciſ. 346. num. 1. & per to-
12 tam, & vtrum ius congrui competat laico cõtra clericum & è contra iddem Præſes deciſ. 284. pendet nunc quæſtio iſta decidenda iunctis tribus aulis in Sac. Conſ.

alibi

Item. an ius congrui cedi poſſit vna cum re iddem deciſ. 242. num. 1. & quid ſeruatur quando res eſt indiuidua & plures ſunt Vicini Fabius Annæ conſ. 47.

Ius congrui an habeat locũ et in feudis ex pacto ex hæredita- 13
rijs vltra Dominum de Ponte deciſ. 11. videndæ ſunt alle-
gationes ſequentes Regij Conſiliarij Scipionis Rouiti qui
ſuo more doctiſſime ſcripſit, & an ius congrui procedat in
datione in ſolutũ Lanar. conſ. 36. nu. 3. & ius congrui an
extinguatur facta tranſlatione reuocabiliter de Frãchis
deciſ. 550 nu. 7. & dominus directus præfertur vicino in
iure cõgrui de Frãch. deciſ. 610. nu. 1. & præfertur is qui
poſſidet rem comunem pro indiuiſo iddem deciſ. 550. nu. 2.

Et an habeat locum in venditionibus neceſſarijs ſub haſta 14
deciſ. 588. 550. 277. & 482. & Alber. in l. ad officium
in fin. C. comm. diuid. quid ſi conſuetudo, vel ſtatutum ſit, quod agnatus proximior poſſit rem venditam recuperare infra certum tempus oblato pretio emptori, an ſi propter paupertatem recuperare non poſſit tale ius recuperandi alij vendere poſſit, & concludit tandem, quod non ſimiliter dixit Barba in cap. quoniam frequenter extr. vt lit. non conteſt. col. 14. circa prin. quod ſtante ſtatuto, quod cõſors, ſeu vicinus poſſit recuperare domũ venditam à conſorte, ſeu vicino dando idem pretiũ, quod datum eſt ab alio, de quo habetur in l. dudum, & ibi Bal. & Cyn. C. de contract. empt. & in cap. conſtitutus de in integ. reſt. vbi debet ſibi conſuluiſſe, quod illud ius redimẽdi erat annale, et elapſo anno non poterat illud recuperare, allegabat cap. Titius ſi de feud. defunct. fuer. controu. in vſib. feudor. vbi dicitur quod ſi vaſſallus non petierit inueſtiturã feudi infra annum, ꝙ feudum eſt apertũ domino, & reddit ad Dñm.

In terminis huius cõſtitutionis dixit Alber. in l. intra vtile §. vendentibus ff. de minor. illum tex. probare ꝙ ſi res vendita extr. agnationẽ, poſſit recuperari per proximiorẽ agnatum ex conſuetudine, & emptor in re empta fecit expenſas vtiles, & neceſſarias, ꝙ volens recuperare, teneatur eas ſoluere ſicut. n. minor repetit rẽ iure ſpeciali, & ſoluit expenſas,

ſic ẽt ille qui vult recuperare ex cõſuetudine, vel ſtatuto. Subdit tamen, ꝙ ſi iſte emptor in fraudem volentis recuperare faceret magnas expenſas, tunc ſecus eſſet ff. de pignorat. act. l. ſi ſeruos, & de neg. geſt. l. ſed an vltro §. 1. & de rei vend. l. in fundo, & ſubdit, ꝙ cautum putat & vtile volenti recuperare ſi denuntiat emptori, quod nullas faciat expenſas, quoniam rem venditam intendit recuperare, arg. l. ſi fundũ de reiuendic. cum ibi notatis per eundem Alber. Et adde prædictis vltra Alber. Corſet. ſing. 182. in verb. melioratio &c. & Bal. in l. contra maiores prope finem C. de inoff. teſtam. dixit ꝙ ſtante conſuetudine quod proximior Agnatus poſſit infra annũ reuocare alienata ſi infra illum annũ fuerit orta quæſtio, quia ille qui alienauit, dicebat &c. interim non currit tẽpus, quia non dicitur alienatio ante exitũ controuerſiæ, & ſic ſibi nõ currit tempus. Et quod iſta conſuetudo habeat locũ etiam ſi res donetur vel in dotem detur dixit Alber. in l. ſi vſum fructum ff. de liberal. cauſ. per l. ſtatu liberi à cæteris §. quintus ff. de ſtat. liber. vbi Alber. dixit, Oldrad. tenuiſſe iſtam conſtitutionem habere locum quocunq; titulo res fuerit alienata, ſed tamen quidam tenuerunt contrarium, & cum iſta vltima opinione reſidet.

Ad Conſt. Inſtrumentorum robur.

SVMMARIVM.

1 Inſtrumenta guarentigia quando habeant exequutionem.
2 Inſtrumenta quando probent.
3 Teſtes inſtrumentarij quot ſufficiant & quomodo probent.
4 Inſtrumentum quod nam liquidum, & quod illiquidum ſit.
5 Prorex quando diſpenſat in reaſſumptione inſtrumenti.
6 Notarius an poſſit extra regnum inſtrum. conficere de rebus ſitis in regno.
7 Et quid ſi fuerit ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum.
8 Quæ requirantur pro reaſſumptione inſtrumenti.
9 Inſtrumentum confectum per Notarium vaſſallum quam fidem faciat.

1 *INſtrumenta guarentigia ex forma ſtatuti exequutionem habentia ſi facti promiſſionem contineant, an ſuper intereſſe exequi poſſint? Dec. in l. certi conditio num. 7. ff. ſi cert. pet.*

Inſtru-

Inſtrumentum, & contractus adeo diuerſa ſunt, vt vitiato inſtrumento per ſtatutum, vel alia de cauſa, non vitietur contractus, ſed probari poteſt per teſtes, qui interfuerunt in inſtrumento, & per notarium Raphael Cuma. de Caſtr. & Alex. contra Bal. in l. ſeruum filij §. eum qui Chirografum de leg. 1. Dec. conſ. 14. 1

Inſtrumentum quando probet ſi, vel ſollemnitatis, vel formæ defectum habeat Napod. per ſeptem caſus in conſuet. vbi inſtrumentum nu. 39. de inſtr. conſ. per Curial. 2

Inſtrumentum non ſollenne probabit, quando ſecundum eius tenorem fuerit obſeruatum Crau. conſ. 158. nu. 1.

Inſtrumentum quando habet quinq; teſtes, cum duo ſufficiant ſi tres deponant contra inſtrumentum non ſubſtinebitur ex alijs duobus, niſi expreſsè deponant pro ipſo inſtrumento Bal. conſ. 228. lib. 2. Crau. conſ. 56. nu. 16. 3

Inſtrumento amiſſo, ſi teſtes examinentur, & deponant contra inſtrumentum: ſi poſtea inſtrumentum reperiatur, & contineat contrarium : quod ſtandum ſit inſtrumento Afflict. remiſſiuè in cap. inueſtitura §. ſi a domino num. 3. quid ſit inueſtitura.

Inſtrumentum quod nam liquidum, quod verò illiquidum ſit Goffred. conſ. 18. nu. 1. & 5. quodq; liquidum illud ſit, quando clarum, certumq; eſt Corn. conſ. 235. lib. 3. Illiquidum verò in ſpecta re debita, quæ incerta ſit, vt intereſſe, & extimatio. Secundo in ſpectis perſonis, quæ inſciæ ſunt creditoris, debitoriſq; vt in hærede creditoris, aut debitoris ceſſionario: procuratore creditoris creditore, etc. Tertio conſiderato contractu, qui pendens eſt, vt in contractu conditionali, vel temporaneo, & in contractu dotis, & vltro citroq; obligatorio qui tacitam habet conditionem ſi altera pars adimpleat, vt per Corn. conſ. 291. 3. lib. Poſtremo reſpectu inſtrumenti quod refertur ad aliud inſtrumētum, & ideo incertum redditur, & obſcurum. 4

Inſtrumentum an corruat totum ſi in aliqua ſui parte non ritè conſtet Barth. Briſſiens q. 50.

In materia huius conſtitutionis ad le, quod ſi teſtis dicit ſe non recordari, an poſſit cogi, quod ſe ſubſcribat per notarij fidem Capy. deciſ. 29.

Et an de eodem contractu poſſint confici duo inſtrumenta Io. Faber. in §. ſed, & vnum inſtit. de teſtam. & vide Felin. in cap. in noſtra de reſcript.

Et nota, quod per iſtam conſtitutionem inducitur ius nouum ſcilicet quod ad validitatem inſtrumenti requiritur ſubſcriptio teſtium, vt habetur hic per gloſ. quin immo ſcriptura notarij dicitur imperfecta ſi non habet ſubſcriptionem notarij, & ſignum, vt hic, & habetur per DD. in l. contractus C. de fid. inſtrum.

Et teſtes debent ſe ſubſcribere in omni vltima voluntate ſecundum Specul. in tit. de inſtr. edit. §. vt autem col. 9. & ſecundum Bal. in additione Spec. in d. tit. 1. col.

Subſcriptio teſtium per iſtam conſtitutionem eſt neceſſaria, & ad conualidandum, & ad probandum, & habet locum hæc conſtitutio etiam in teſtamento, vt per Andr. hic.

Et ad materiam adde Bal. in l. fin. C. de edict. Diu. Adria. toll. & etiam, quod inſtrumentum non poteſt ſcribi in carta de papiro Bal. conſ. 43. vol. 3.

5 *Et an Vicerex poſſit diſpenſare, vt inſtrumentum poſſit reaſſumi, mortuis teſtibus ſuperſti te tamen iudice, vide Loff. conſ. 30.*

Et an teſtamentum clerici per manus Notarij Apoſtolici teneat Capy. deciſ. 201.

6 *Et an Notarius poſſit contrahere extra Regnum de rebus ſitis in Regno Ioan. Lup. in rubr. de don. inter vir & uxor. num. 23. vbi etiam dicit, an inſtrumentum confectum extra Regnum poſſit mandari exequtioni in Regno. Et an habens authoritatem exemplandi inſtrumenta Notarij mortui poſſit extendere aliquid non citatis partibus Bald. conſ. 469. duo ſunt ſtatuta lib. 1.*

Et quod inſtrumentum poſſit ſcribi, ne dum in membrana, ſed etiam in carta de papiro ſcribit Bal. conſ. 467 quadam ſcriptura lib. 5. allegat Specul. & probatur in l. 1. in prin-

principio ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. in principio.

Et adde, quod Notarius ſubrogatus in locum notarij mortui nihil poteſt addere, vel declarare Bal. in rub. C. de fid. inſtrum. col. fin. verſ. quarto quæritur, de quo tamen vide omnino Dec. in l. vt liberis nu. 13. C. de collat.

Et quod vitiatur inſtrumentum, ita quòd non probet, ſi in eo non ſit appoſitum ſignũ notarij latè ſcribit Corn. conſ. 94. conſuluit Bal. &c. 4. vol. vbi etiam illud ſubdit quod protocolla, ſeu notæ debeant habere ſollemnitates à iure, vel à conſuetudine requiſitas, vt fidem faciant, & ſubdit, quod inſtrumentum non poteſt extrahi, ſeu exemplari mortuo notario, niſi eius protocollũ ſit authenticum, & ad illius exemplationem requiritur de iure communi authoritas iudicis.

Et ad prædicta vide Angel. conſ. 204. reperitur quædam, &c. vbi ſollemniter explicat plura in materia inſtrumentorum.

Et quod inſtrumentum publicum non probet, niſi teſtibus adhibitis in illo dicit Corn. conſ. 121. nu. 5. 1. vol. per gloſ. in verb. generaliter C. de rub. lib. 10.

Adde etiam, quod niſi legatur inſtrumentum coram teſtibus ipſis partibus præſentibus, non valet, vt ſcribit Dec. in cap. 1. de fid. inſtrum. nu. 13. & ſeq. vbi plura ad materiã, ad quod etiam Bar. in l. contractus C. de fid. inſtr.

Et an inſtrumentum ſtipulatum per notarium Apoſtolicum in hoc Regno probet Capy. in cap. imperialem § ſcriba de prohib. feud. alien. per Feder. Afflict. in conſtit. Baiulos Luc. de Penn. in l. fin. C. de loc. prædior. ciuil. lib. 11. Boer. deciſ. 242. Couarr. cap. 19. pract. quæſtionũ, & quod in rebus eccleſiaſticis plenè probat, in profanis verò ſi ſtipulatur in Regno cum Iudice, & teſtibus ſecundum formam huius conſtitutionis. Et tunc aut inſtrumentum petitur exequi iuxta formam ritus M. C. & non probat, quia non habet requiſita ritus, aut dubitatur vtrum faciat fidem in cauſa ordinaria, & facit fidem Capy. deciſ. 201. Afflict. deciſ. 245. Rebuff. in tract. delit. oblig. art. 2. gloſ. 7

prima

prima num. 40. Anna ſing. 245. & 246.

Inſtrumentum quando petitur reſcindi, an non debeat reaſſumi in publicam formam Bertrann. conſ. 43. num. 1. Reb. vbi ſupra vrt. 1 gloſ. 9. num. 51.

Etſi inſtrumentum continens aliquid ſcriptum in margine ſine die, & teſtibus, nihil probat Bar. in l. ſi vnus & ibi Caſtrenſ. C. de teſtam. Crau. conſ. 88.

8 *Et vt reaſſumi poſſit inſtrumentum, quæ requirantur Dec. conſ. 35. in fin. Afflict. deciſ. 5. Bertran. conſ. 283. vol. 3. Guid. Pap. dec. 2. Socc. conſ. 277. vol. 2.*

Etſi litera non poſſit bene leggi, quód non probat Bal. in l. 1. C. de fid. inſtrum. Afflict. in conſt. priuilegia nu. 5. Anna in alleg. 255.

Et quando petitur in iudicio reaſſumi, quod non procedatur via iuditiali Bald. in cap. 1. §. fin. de controu. apud par. term.

Et ſi in potocollo inſtrumentum non reperitur, tunc nullam fidem facit Bal. in rub. C. de fid. inſtrum. quod latius explicat Couarr. pract. 9. cap. 19. & de Franch. deciſ. 567. vbi etiam dicit, quod ſi reperiatur cartula non in protocollo, ſed in arca notarij defuncti, non poteſt fieri reaſſumptio, quia non concurrunt requiſita neceſſaria ad reaſſumptionem notarij defuncti.

Sed an mortuo notario is, qui in eius locum ſubrogatur ad inſtrumentum reaſſumendum, poſſit clauſulas in protocollo dicti notarij mortui appoſitas extendere, & an in extenſione clauſularum, vel cæterarum debeat altera pars citari & an oporteat probari de ſtylo notarij defuncti, qualiter extendebat cæteras, vide eundem de Franch. in præalleg. Dec.

Et an, et quando poſſit inſtrumentum reaſſumi per alium notarium, quam per eum, qui illud confecit, & quæ requirantur, vide eundem de Franch. dec. 300. nu. 1.

9 *Et quod inſtrumenta confecta per notarios vaſſallos fidem non faciunt, tam ſi ſunt in fauorem, quã contra barones vide eundem de Franch. deciſ. 118. nu. 1. quod limitatur*

ibi

ibi num. 2 in vaſſallo recipient. oblig. penes acta cur. pro Bar. & vide etiam Ann. in ſing. 244.

Sed an teneatur ad exhibitionem protocolli, qui præſentat ſcripturam de falſo ſuſpectam, vide eundem de Franch. in decis. 194. per totam vbi an teneatur exhibere nu.

Et inſtrumentum ſi continet aliquid ſcriptum in margine ſine die, & teſtibus, quod nihil probat adde Ann. in ſing. 246. etſi inſtrumentum petitur reſcindi, non debet reaſſumi in publicam formam Ann. in ſing. 252. & inſtrumentum, vt poſſit reaſſumi, quæ requirantur, Anna in ſingulari 254. et quando petitur reaſſumi non proceditur via iudiciali Ann. in ſing. 255. ſed an concedatur beneficium primum, & ſecundum, quod ſic fuit deciſum in Sa. cr. Conſ. vt per Ann. d. ſing. 255.

Inſtrumentum tres habet præſumptiones, quòd ſit verum ſolenne, & de voluntate partium ſcriptum. Bal. in cap. 1. §. ſi inſtrumentum in tit. de not. feudorum per §. nos autem auth. de tabell. Dec. conſ. 36. 101. 167. & 175.

Inſtrumentum, quod in dubio loquatur de eo, qui illud produxit ſi ſint plures eiuſdem nominis Bal. in l. ſi qua per calumniam C. de epiſ. & cleris. l. fin. cum gloſ. C. de pact. conuent. Cepol. in conſ. 21. nu. 11.

Ad Conſt. Pœnam eorum. De forbannitis, & foriudicatis.

SVMMARIVM.

1 An minor poſſit forbanniri.
2 Quando Iudex poſſit abbreuiare tempus foriudicationis.
3 Contumax quando habeatur pro confeſſo.
4 Veneno bannitum occidens an mereatur premium promiſſum occidenti.
5 Quid ſi clericus laicum, & è conuerſo.
6 At bannitus eſiſtens in fortijs curiæ poſſit impune offendi.
7 Receptans bannitum quando puniatur.
8 An filij nati poſt foriudicationem ſuccedant patri.
9 Ciuis Neapolitani foriudicati bona quibus quærantur.
10 Forludicatus quando poſſit impune occidi.
12 Fiſcus in regno quid conſequitur & ex quibus boni.
12 Foriudicati ſucceſſio ad quos ſpectet.

Con-

1 *Conſtitutionis huius materiam, exornando adde an minor poſſit forbandiri, & an comprendatur in banno, vide Alber. in l. cum minores ſi aduerſus rem iudicatam, & ibi Bar. & Bal. in l. clarum C. de auth. præſtand. & in l. 1. C. de confeſſ. & Afflict. in conſtit. minor. iur. & Paul. de Caſtro in l. vbi exigitur in princ. ff. de edend. & Hipp. in pract. crim. in § poſtquam col. pen. Boer. deciſ. 63.*

Et quod non comprehendatur in ſtatuto Anhar. conſ. 93. et Hipp. ſing. 588.

2 *Sed an Iudex poſſit abbreuiare tempus, vide quæ poſuit Rip. in l. qui pro Tribunali ff. de reiud. & adde, quod foriudicatus poteſt opponere omnes exceptiones quas poterat opponere à princ. Bar. in l. non videtur ff. de iudic. & ibi Alex. & Hipp. Conſ. 32. & 34. vbi etiam quod poteſt opponere exceptiones prouenientes ex tenore alterius ſtatuti, & ibi quas exceptiones poſſit adducere.*

Et quando nullam poſſet opponere exceptionem, poteſt tamen opponere exceptionem nullitatis Bal. in l. ſcire oportet §. nunc de his ff. de excuſ. Tut. Hypp. ſing. 562. et vide ad materiam Arnon. in ſol. loq. 29. 10. 14. & 19.

Et an quis poſſit dum eſt foriudicatus ſe defendere, dum offenditur Dec. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. vbi plura etiam ad materiam huius conſtitutionis.

Et an habeat locum hæc conſtitutio in occidente de proximo foriudicandum Hipp. conſ. 94. & aduerte quod hæc conſtitutio non videtur habere locum quando libellus, vel accuſatio eſt nulla.

3 *Et an contumax habeatur pro confeſſo etiam quod ad qualitatem agrauantem delictum, quod quò ad pœnam ciuilem, vel quò ad intereſſe partis Anch. conſ. 409. vide Alex. in l. ſi ſeruus § filio ff. de leg. 1.*

Et an foriudicatus poſſit teſtari, & teſtamentum prius factum rumpatur, vide tex. & ibi Bar. in l. eius, qui § is cui ff. de teſtam. & ibi Aret. laté conſuluit Cur. Iun. conſ. 100.

Et adde quod licet poſſit impune offendi, tamen poſtquam eſt car-

carceratus non poteſt occidi, Bal. in l. libertas ff. de ſtat. hom.

Et quid ſi fuerit proditorie interfectus, vide Dec. pulchre conſ. 1. 2. vol.

Et an quilibet pro inquiſito poſſit opponere impunitatem delicti? Hipp. conſ. 94. & aliquid per Bart. in l. vbi pactum num. 9. 10. & 11. C. de tranſact. vbi in proprijs terminis decidit ſatis notabiliter, loquendo in iſta materia, & illam doctr. in. pro ſingulari refert Aret. in §. ſequens alia num. 2. inſt. de act. & latius per Hipp. in rub. C. de probat. num. 214.

Sed quid ſi occidatur veneno? An mereatur premium occidens Ang. in l. final. C. de delat. Cepoll. conſ. 34. et Hipp. ſing. 26. & Arnon. ſoliloq. 21. & vide omnino Dec. conſil. 11. vol. 2. vbi etiam quid ſi aliquis ignorans occidit banditum, qui habuerat gratiam, vel ſaluum conductum. 4

Sed quid ſi Clericus occidat banditum laicum an excuſetur? & quid etiam ſi clericus banditus occidatur a laico? an incidat in pœnas? Hipp. conſil. 11. vbi etiam ſubdit, quod occidens ex odio particulari, non excuſatur à pœna, nec gaudet priuilegio ſtatuti, quod etiam voluit Petr. Gerar. ſing. 141. dicens, quod ſi propter inimicitias occidit, non gaudeat. 5

Et adde, quod inquiſitus de homicidio, ſi vult allegare interfectum fuiſſe forbandicatum, poteſt hoc per procuratorem allegare ita Bal. in l. ſeruum quoq; §. publice ff. de procur. & voluit Ang. in l. ſicut. §. ſi procurator ff. quib. mod. pig. vel hipoth. ſolu.

Quinimmo poteſt comparere quilibet tertius tanquam vnus de populo ad excuſandum; quia tenor huius ſtatuti reſpicit publicam vtilitatem, vt dixit Bar. in l. vbi pactum nu. 9. 10. & 11. C. de tranſact.

Sed an licet occidere banditum, quem promiſerat non offendere, antequam bandiretur Aret. in l. qui ſeruum. ff. de verb. oblig. vbi etiam, quid ſi fa-

ſta eſt promiſſio poſt bandum.

Sed quid ſi aliquis capit aliquem ex neceſſitate officij vel aliter, non tamen vltro, non habebit premium huius conſtitutionis Bar. in l. 3. §. vtrum ff. ad ſen at conſ. ſill.

Et quid ſi capiens fecit expenſas in capiendo banditum an poſſit eas repetere a Fiſco, vide Petr. Gerar. ſing. 14. & ibi ſubdit quod ſi propter inimicitias occidit, quod non gaudeat.

Et quid ſi aliquis occidat aliquem banditum, qui toleratur publicè in ciuitate, vtique non meretur premium Salyc. in l. nullus C. de iud. Hipp. conſ. 10. 1. vol. & Alexan. in conſ. 1. in fine vol. 2. & Curt. in l. diem functo num. 46. ff. de off. aſſeſ. vbi concludit, quod pœna receptantis banditum, non habet locum in bandito tolerato.

Et quid ſi mandauit occidi pecunia mediante, an occidens puniatur, Bar. in l. Graccus C. de leg. Iul. de adult. Dec. conſ. 327.

Et quid de Occidente eum, qui erat abſolutus à banno Aret. & Angel. in l. ſi duo ff. de acq. her. facit quod ſcribit Alex. in d. conſ. 1. circa principium vol. 2.

Et quando banditus capiens banditum mereatur premium & tale premium de cuius bonis ſolui debeat, Angel. in tract. maleſic. in verb. fama publ. column. 14. ver. 13. quæro, vbi multa notabilia ſcribit in materia huius conſtitutionis.

9 *Et an banditus, vel condemnatus exiſtens in manibus, & fortijs Curiæ poſſit impune occidi per iſtud ſtatutum Angel. in tract. maleficio, verſ. fama publ. verſ. 5. quæritur.*

Et an vigore huius ſtatuti ſi quis reperiat banditum mortuum, poſſit eum offendere, vel veſtes ſibi ſubtrahere, vide Curt. in l. imperium numer. 34. & 35. de iuriſd. omn. iud.

Et in terminis huius conſtitutionis, an interim, dum appel- pellauerit banditus poterit offendi Bald. pulchrè in l. appellatione circa fin. C. de appellat.

Et

Et ſicut banditus non poteſt ſtare viuus in ciuitate, ita nec etiam mortuus, poteſt in ſepoltura ciuitatis, quia eadem ratio eſt mortuorum, quæ viuorum, ita Hieronymus Buttige: in repet. l. quod te in fin. ff. ſi cert. pet. allegat. Bar. in l. 2. ff. de cadauer. punie. & ibi etiam vide per Apoſt. an vulnerans, ſeu ſpolians mortuum, dicatur eum offendere, et quid de ſpoliante mortuum, an incidat in pœnam? & quid de ſepelliente mortuum banditum an incidat in pœnam? ibidem.

Et premium, de quo in hac conſtitutione, de cuius bonis debeatur an de bonis maleſtaforis, vltra prædicta vide Alex. in apoſt. ad Bart. in l. Senatus §. ſenatus num. 3. in verſ. 2. nota in fin. ff. de iur. ſiſc.

Et quod premium datum capienti banditum non habeat locum in eo qui ratione officij ad hoc tenetur, firmauit Dec. in l. ſi filiusfam. num. 4. ff. ſi cert. pet. vbi format quæſtionem: ſi fuerit proclamatum, quod quicunque ceperit banditum, vel malefactorem habeat tale feudum, an tali caſu inhabilis ad feudum admittatur, & concludit tandem, quod ſic, quia cum agitur de vtilitate publica, ſtatutum, ſeu proclama generaliter intelligitur, nec recipit reſtrictionem de habilitate, quod procedit etiam, ſi materia fuerit pœnalis.

Et ibi etiam videas in apoſt. quod premium conſtitutum capienti banditum, non debetur villæ capienti, ſi capere tenebatur nec etiam debetur capienti caſu fortuito, licet debeatur capienti ignorãter, quod tamen non procedit quando capiens ignorabat premium ſtatuti, nec etiam debetur premium accurentibus ad rumorem, & banditum capientibus quem alius inſequebatur, vt ibi plenè.

Et an interficiens banditum habentem fiduciam habitandi de qua eſt ignarus interficiens poſſit puniri, latè Bal. conſil. 9. lib. 3.

Nec circa materiam illud omitto, quod tetigit Alex. in l. ſi ab hoſtibus in princ. ff. ſol. matr. ſi generali ſtatuto cauetur, quod occidens bannitum, habeat premium à communi, &

alio ſtatuto caueatur, quod occidens aliquem de certis banditis puniatur dimidia eius pœnæ, qua puniretur ſi banditum non occidiſſet, quod occidens vnum de dictis certis banditis, non habebit premium quia primo generali ſtato fuit derogatum per ſecundum ſpetiale & quod premium ex tali ſtatuto non debeatur alicui qui malitiosè datoperam, vt ille bandiatur.

Banditus æquiparatur deportato Aret. in §. nemo. vlt. notab. inſt. decapit. dimin.

Adde etiam, quod ſcientia occidentis banditum non debet attendi Bar. in l. fin. C. de crim. expil. hæred.

7 *An autem ſtatutum puniens receptantem banditum puniat eum qui receptauit agnatum, vel cognatum, ſeu alium ſibi coniunctum Bar. in l. eos ff. de receptat. & ibi vide bonam apoſt. ſubdentem, quid in vxore receptante virum banditum, & quid ſi banditus intulerit violentiam receptatori?*

Et an ſcientia occidentis banditum debeat attendi Bar. in l. inter omnes §. rectè nu. 4. & ibi apoſtill. de furt.

Et an interficiens non legitimè ex banditum, puniatur? Bar. in l. fin ff. de adult. & ibi Alex. in apoſt. vbi etiam tetigit de bandito tolerato occiſo, quod puniatur occidens, & ibi etiam, quod impune poteſt occidi deſcriptus in banno, qui tamen erat cancellatus, ſed ignorabatur, & ibi videas an impune poſſit occidi banditus, qui appellauit appellatione pendente, & quod ſic & ibidem an occidens banditum qui habebat ſaluum conductum puniatur, & plura ibi allegat de occidente banditum ſi bandum non tenuit, an veniat puniendus, & de bandito offenſo qui tamen per reformationem fuerat liberatus à banno, quod apparebat, non tamen à libro banditorum, an impune offendi potuerit, & vide etiam elegans conſ. Bal. 142. hæc quæſtio fuit, & c. 4. vol.

Adde etiam, quod differrentia eſt inter hoſtem, ex crimine læſæ Maieſtatis, & hoſtem diffidatum, de quo in hac conſtitutione ita Bal. conſ. 264. lib. 3.

Et an banditus poſſit conueniri in loco, à quo eſt banditus

Bar.

Bar. in l. adulter. in prin. ff. de adult. vbi quod ſic.

Adde etiam, quod bandire, & diffidare idem ſunt, vt impune poſſit occidi, & ideo talis diffidatus poteſt occidi impune quod procedit etiam in clerico diffidato, quia cum ſit ſpoliatus omni priuilegio clericali, poteſt impune occidi ſine alia degradatione, ita Angel. de Clauer. in ſua ſumm. in verſ. aſſaſſinus num. 2. & 3. cum ſeq. & allegat Angel conſ. 13.

Et quod occidens deſcriptum in libro banditorum excuſetur Bar. in l. 1. §. 1. nu. 6 ff. de ventr. inſpic.

Et dixit Bar. in l. 2. C. quand. lic. vnic. ſine iud. ſe vēdic. quod ſtatutum permittens ex banditum impune occidi, eſt introductum pro quiete communi, & dicitur illa vindicta publica, ex quo infert, quod ſi aliquis priuatus facit pacem cum ex bandito, & promittit non offendere cum poſtea offendit, non incidit in pœnam, nec dicitur rumpere pacem; & iſto caſu dicitur bonus dolus, & vide Bar. in l. 3. de his, qui ad eccl. confug. vbi dixit, quod occidens aliquem in caſu permiſſo non poteſt accuſari, & talis exceptio impedit proceſſum, & poteſt talis exceptio opponi per quemlibet tanquam vnum de populo, vt voluit Bar. in l. vbi pactum nu. 1 0. C. de tranſact.

Et occidens banditum ex forma ſtatuti, an dicatur infamis infamia facti. Bal. in l. Decuriones C. de his qui not. infam. Cur. in l. quod te nu. 2 5. ff. ſi cert. pet.

Et quod banditus occiſus non connumeretur in occiſorum numero, voluit Bal. in l. Graccus C. ad l. g. Iul. de adult. vbi etiam videas per eum an banditus petens bannum cancellari, tali petitione pendente, poſſit occidi et ſtante ſtatuto, quod ſi quis duxerit bannitum, & præſentauerit, poteſtatem habeat habendi centum. Aliquis cepit banditum, & dedit militi poteſtatis, qui eum duxit, et præſentauit poteſtati, quis debeat habere illa centum? an is, qui cepit, an miles, qui duxit, Bal. conſ. 64. lib. 2. vbi dixit, quod militi nihil debetur.

Et an in dubio clericus citatus coram iudice ſeculari tenea-

ìur comparere, ita quod ſi non comparet iuſtè banniatur, impune poſſit occidi vigore ſtatuti vide Egid. de Mandal. in q. ſuis q. 1. quæ incip. Iudex ſecularis, &c. vbi tandem concludit, quod occidens eſt immunis ab omni pœna, licet bannum nõ teneat quia tamen authoritate iudicis fecit, excuſatus eſt, cum Iudex iuſto errore ductus bandiuerit, et ideo factum iudicis aliquem illaqueare non debet, ex quo enim per Iudicem, & ab omnibus habebatur, & credebatur banditus, occidens non fuit in culpa faciendo quod ſecundum comm. opinionem erat licitum, & cum non deliquerit, non tenetur aliqua pœna, vt vbi latius per eum.

Et ſtante ſtatuto, quod banditus poſſit impune offendi, & quod banditus non audiatur, agendo, vel accuſando, an ſi à bandito fuit offenſus ex banditus, & offenſus accuſat, & accuſatus excipiet, quod non debet audiri offenſus, quia eſt ex banditus, & offenſus replicat, quod cum ipſe accuſatus ſit etiam ex banditus, quod non debet audiri vtrum admittatur talis replicatio vide Alex. in l. cum mulier nu. 8. ff. ſol. matr. vbi concludit, quod non poſt Bar.

Et ſtante ſtatuto, quod ex banditus ex delicto poſſit impune offenſi, an ſi ſit banditus ex contumacia poſſit offendi, & habeat locum ſtatutum Bar. in l. § fin. in final. verb. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.

Exceptio banni, quæ non poteſt opponi à reo, poteſt tamen opponi ab eius fideiuſſore, ſicut poteſt etiam opponi quælibet alia exceptio quam banditus opponere non poteſt, ita Bal. in d. l. cum mulier. ff. ſolut. matr. 8. col. verſ. quæro de vna alia quæſtione.

Et pro concordante ad iſtam conſtitutionem vide cap. Regn. ſiue quis ſit forbanditus ſub rubr. de foriudicat. & Arno. meminit ſoliloq. 31.

Et quod valeat ſtatutum, quod banditus impune poſſit offendi dixit Bal. in l. ſeruum quoque §. publice ff. de procur. in col. 3. poſt princip. in verſ. modo, & iuxta prædicta, &c. & Socc. conſ. 117. vol. 2. vbi an validum ſit ſtatutum, ſeu bannum, aliquod premium concedens occidẽti, et quod

pre-

premium quandoq; permittur capientibus, vel præſentatibus banditos, dixit Abb. in l. ſi ſeruus in fin. C. de his qui ad eccl. conf. & ſtatutũ, quod contumax habeatur pro confeſſo, non intelligitur quo ad qualitatem delicti, Anchar. conſ. 409.

Addo etiam, quod banditus ab aliquo Iudice Regio poteſt pro eodem delicto bandiri per M. C. V. vt in tit. vbi de crim. agioport. ritu 205.

Sed an filij nati, & concepti poſt foriudicationem ſuccedunt patri foriudicato, vide Dominum de Franch. dec. 202. num. 13. & per totum. 8

Sed quid ſi poſt bannum, et foriudicationem immediatè proximiores occupauerunt bona, quibus proximioribus per bannum erat ius quæſitum, ex quo banditus pro mortuo habebatur, vide in eadem deciſ. num. 10. & licet banditus cancellatus a banno intelligatur reſtitutus etiam ad bona fallit hoc quando cancellatio fit per viam gratiæ, item quando is, qui cancellauit non habebat poteſtatem reſtituendi vide eandem Dominum de Franch. dec. 312. num. 51. 52. et 54.

Et nota quod foriudicari poteſt quis etiam abreuiato tempore anni, & in cauſis arduis indiſtinctè ſeruatur de Frãh. ead. deciſ. 213. num. 31. & num. 36. vbi dicit hoc fieri de ampliſſima poteſtate Proregis.

Foriudicati bona tranſeunt in filios natos, vel conceptos tempore foriudicationis, & in parentes eius ſi ſuperſint & ipſis deficientibus in Collaterales, ſemper ipſo iure in ead. deciſ. 102. num. 22.

Et ſi foriudicati de facto eorũ bona retineant etiam patientibus agnatis, quibus bona per eius delictum deferebantur ipſis agnatis nullum præiudicium infertur, ibidem nu. 28.

Foriudicati patris bona, quæ fiſco per priuilegiũ Neapolitanis conceſſũ ablata ſunt, vt filio quærantur, an neceſſario agnitio exigatur, vel ipſo iure trãſibunt, ibidẽ nu. 5. & 23.

Foriudicati patris bona, vt filio acquirantur debet ante dãnationem eſſe conceptus ead. dec. nu. 8. & 12.

Foriu-

Foriudicati bona ciuis Neapolitani quæruntur filijs, & agnatis non autem fiſco de Franch. deciſ. 213. nu. 10. 13. & 21. & declaratur num. 36.

Foriudicationis lata ſententia ſtante dicto priuilegio Neapolitanis conceſſo an bona viuo adhuc naturaliter foriudicato remaneant penes eum, vel ipſorum dominium, ſtatim transferatur ad filios, vel parentes vocatos per conſtitutionem Regn. vel ius commune, ibidem nu. 14. & 17.

Foriudicationis pœna oritur ex contumacia de Franch. deciſ. 213. nu. 20. & foriudicato crediti actio prohibetur, ne inſtructior fiat ad fugam ibidem num. 19.

Foriudicato denegantur alimenta ex bonis per ius commune & conſtitutionem Regni filijs reſeruata nu. 20. ibid.

Foriudicato Barone non habente ſucceſſorem in feudo, dominus ſuccedit in eo, non ex publicatione, ſed ex lege feudi in deciſ. 313. num. 31.

Foriudicato Neapolitano in caſu quo eius bona non publicantur, an poſſit teſtari, ibid. nu. 15. remiſſiuè.

Foriudicatus contrahens matrimonium poſt ſententiam foriudicationis ius quæſitum agnatis non tollit, ibid. nu. 14.

Foriudicatus, & damnatus ex Regni conſtitutione æquiparantur ibid. num. 8.

Foriudicatus, qui pro mortuo habetur, nec dominium, nec poſſeſſionem bonorum ſuorum obtinet in ead. deciſ. 213. num. 11. vbi etiam dicit quod tanquam hoſtis publicus egeſtate laborare debet num. 22. & quod retinet bona publicatione bonorum ceſſante num. 22. & 23. ibidem, & de veritate num. 16. & num. 23. in ead. deciſ.

Foriudicationis ſententia non poteſt proferri ſuper citatione nulla, de Franch. deciſ. 252. num. 6.

Foriudicationis ſententia ſumit robur ea citatione ad capitalia de Franch. deciſ. 322. nu. 2.

10 *Foriudicatus poteſt impune occidi de Franch. deciſ. 276. nu. 1. etiam ad inſtantiam alterius, & mediante pecunia ead. deciſ. nu. 4. etiã extra territorium bandientis eã deciſ. nu. 3.*

Conſuetudines Neapolitanæ loquentes de morte, an comprehendant

bendant foriudicatum, vide latiſſimè Dominũ de Franch. in deciſ. 689. per totam, vbi pro, & contra ſed reſidet, q̃ nõ.

Foriudicato nõ exiſtente in poſſe Curiæ, an pro eius parte poſſit de nullitate ſententiæ dici, latè per eundem Dominum de Franch. deciſ. 688.

An bona publicentur per lapſum anni, non expectata ſententia foriudicationis, & an poſſit capi poſſeſſio bonorum confiſcatorum propria authoritate Lanar. conſ. 45. per tot. latiſſimè.

Fiſcus in Regno in bonis feudalibus, foriudicati quid habeat vide Regentem de Ponte deciſ. 23. nu. 13. & an in publicatione bonorum includantur feuda, et confiſcationis pœna quando bona extra territorium ſita includat latè idem Regens de Ponte in præalleg. deciſ. 23. 11

Banditus ob cauſam criminalem non exercet iuriſdictionem Ann. in ſing. 52.

Foriudicatus non moritur ab inteſtato, nec ei ab inteſtato ſuccedit ur Anna in all. 135. num. 2. & foriudicato ſuccedens nõ ſuccedit vt hæres, ſed ex beneficio ſtatuti ibidẽ nu. 8.

Banditi an efficiantur ſerui pœnæ Fab. de Ann. conſ. 9. num. 26. 27. 28. 29. et 31.

Banditus non poteſt exercere officium Fab. de Ann. conſ. 80. num. 25.

Denique ad hanc materiam contra foriudicatos, & ad quos pertineat ſucceſſio, vltra præallegata vide Fab. de Ann. conſ. 13. num. 8. et num. 1. & conſ. 9. num. 15. & 25. & Ann. patr. in repet. conſt. ter. vitæ hom. num. 151. vſque ad num. 247. vbi plures quæſtiones pununtur ad materiã Et Regentem de Ponte conſ. 69. num. 5. & 6. & 7. & Dominum de Franch. deciſ. 114. num. 5. Et quòd poſſit abreuiari tempus ad foriudicandum in delictis atrocibus, ſic fuiſſe deciſum iunctis omnibus Tribunalibus Refert Regẽs de Ponte in ſuo tract. de poteſtate Proregis fol. 30. num. 46. 47. & 48. 12

Hæc conſtitutio, quæ vult, quod foriudicatus poſſit impune offendi, prout latè dixit Dominus de Franch. deciſ. 113.

S etiam

etiam quòd fuerit occiſus extra territorium bannientis, & ꝙ ſi occidens hoc fecerit de mandato vxoris illius banniti ſ qm qua poſtea contraxit matrimonium, & fortè eam cognouerit in vita, adhuc impunis erit occidens Dominus de Franc.deciſ.276.

Ad Conſt. Foriudicatorum bona, de Fiſco ſuccod. foriudicatis.

SVMMARIVM.

1. Hæreditat. delatæ quando fiſcus vel banditus ſuccedat.
2. An iura conditionalia veniant in confiſcatione.
3. Pater, vel filius ſuccedat.
4. An bona quæſita poſt bannum veniant in confiſcatione.
5. Fœmina quæ renunciauit an computetur in numero liberorum.

1 IN exiſtente aliquo in banno, cuius bona ſunt confiſcata ſi aliquis ei coniunctus decedat, & ſic ad banditum deferatur hæreditas, banditus, vel fiſcus ſuccedat? vide Bar. in l. ſi qua ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. vbi tandem concludit quod banditus ſuccedit, & non fiſcus, & generaliter an bona obuenientia ex bandito poſt bannum debeant eſſe ſua, vel fiſci, vide ibidem Alex. in apoſtill.

Et an iura conditionalia, vel futura veniant in confiſcatione, vide Angel. in tract. de malef. in verb. & eorum bona publicamus &c. vbi alia plura in iſta materia.

Et quando iura conditionalia, vel futura veniant in reſtitutione, vide D. D. in l. ſi conſtante §. fin. ff. ſol. matrimo.

2 Et an bona hæreditatis delato bandito, qui non adiuit hæreditatem, veniant confiſcanda vide Dec. in l. ſi quis iniquum §. illud ff. quod quiſq. iur.

3 Et an proſcripto filio, ſeu condemnato ſuccedat pater, vel fiſcus vide Aret. & l aſ. in §. actiones inſtit. de act. & Bar. in l. ſi finita §. ſi de vectigal. num. 22. cum ſe. ff. de damn. infect.

Et

Et an bona quæſita poſt bannum veniant in publicatione Alex.conſ. 15. viſo proc. in fin. vol. 1. 4

Et an fæmina, quæ renunciauit computetur in numero liberorum in terminis huius conſtitutionis Dec. conſ. 206. & quid ſi filius velit alere patrem foriudicatum de illis bonis an poſſit Bal. in auth. bona damnat circa fin. C. de bon. proſcript. dixit, quod non poteſt, neque tenetur alere patrem. Cætera in hac materia diximus ſupra ad plenum in conſt. Pœnã meorũ, & in conſt. Grandis vtilitas. 5

Ad Conſt. in locis demanij noſtri. De inſtrum. & Notar

SVMMARIVM.

1 Inſtrumentum ſtipulatum per Notarium vaſſallum cuius ſit validitatis.
2 Quæ requirantur ad creationem Notariorum.

INſtrumentum ſtipulatum per notarium vaſſallum, quod nec proſit, nec noceat Baroni, adde Cap. Regis Ladiſlai quod quidem non procedit in teſtamentis, et codicillis, ita Bal. in l. teſtamentum ſub num. 4. C. de teſtamen. nec in obligationibus apud acta Curiæ, vt per Dominum de Franch. deciſ. 118. 1

Adde circa creationem Notariorum, & eorum qualitates, quæ requirantur Couarr. pract. quæſtione cap. 19. nu. 4. ſed hodie hæc conſtitutio receſſit ab aula circa numerum notariorum, & quò ad terras demaniales. 2

Ad Conſt. legge præſenti. De dandis Adu. pupillis, & miſerabil. perſonis.

SVMMARIVM.

1 Pauperibus litigantibus quando debeantur ſubminiſtrari expenſæ.
2 Et per quem.
3 Et an non ſolum expenſæ litis, ſed etiam alimenta.

1 ADde, quod pauperibus litigantibus debent ſubminiſtrari expenſæ per Curiam tex. in auth. de mandat. Princ.§. ſi tibi & gl. in cap. ſtatutum §. inſuper de reſcript. in 6. & Abb. in cap. ab omni de vita, & honeſt. Clericor. & Par. de Put. in ſuo tract. de ſindic. in verb. expenſe, & in verb. carcer. §. licet dicatur.

2 Quin immo pauperibus litigantibus debent ſubminiſtrari expenſæ per partem aduerſam, cum qua litigat, vide Afflict. deciſ. 11. & ibi addita per Vrſill. & latè Couar. pract. q. cap. 6. Aret. in cap. ſi quis teſtium col. 2. de teſtib. Corn. conſ. 85. num. 2. vol. 3. Lup. in cap. per veſtros §. 39. de donat. inter virum, & uxor.

3 Et ne dum expenſæ litis ſed etiam alimenta Guid. Pap. deciſ. 561. ac etiam debentur debitori, cuius bona fuerunt ſequeſtrata per creditores l. fin. cod. de ord. iud. quod quotidie practicatur in R. C. & vide in hac materia text. in l. Imperatores ff. de tut. & rat. diſtr. & Bal. in l. qui de inoff. ff. de inoff. teſt. & multos caſus, in quibus ſit prouiſio alimentorum lite pendente enumerat Rebuff. in tract. de ſent. prouiſ. in præfatione multa per Cephal. conſ. 128. vol. 1. Ioſeph. Ludou. dec. peruſ. 46. in 1. par.

Ad Conſt. Officiales Reip. de pœna pecul.

SVMMARIVM.

1 Perceptores Prouinc. arcem ad quid teneantur.
2 Quando peculatus pœna locum habeat.
3 Quando officiales habent regreſſum contra alios Miniſtros participes.
4 Qua pœna puniantur vtentes pecuni. fiſcali.
4 Pecunia fiſcalis à quo poſſit per fiſcum auocari.

1 DEclarabis iſtam conſtitutionem, vt pulchrè ſcribit Iacob. de Beluis. in ſua pract. crimin. ſub rubr. de furt. fol. 28. col. 1. in tit. leg. Iul. pecul. &c.

Et ad iſtam materiam de officialibus pecuniarijs, vt ſunt Perceptores Prouintiarum, ne penes ipſos Re-

gia

gia pecunia detineatur hinc ortæ ſunt inſtructiones, quod teneatur tranſmittere bilancia exactionum quolibet menſe ad Regiam Cam.Summ.quæ practica ſumpta eſt ex tex. in l. apparitores C. de exact. trib. & l. Diuus C. de ſuſcept. & præpoſit.lib. 10. vbi eſt caſus: Qui miniſtri pecuniarij demum quolibet anno poſtea præſentant ipſorum computa in Regia Camera vbi liquidantur, quod pariter ſumit originem ex tex. in l. 3. C. de exequut. & exact. lib. 12. & pract. de ſuper exactionibus quæ quandoq; fiunt per Perceptores, ſumpta eſt ex tex. in l. vnica C. de ſuperexact. eod. qui puniuntur pœna dupli quando ſine violentia, & dolo, alias pœna quatrupli.

Deniq; circa hanc materiam pœnæ peculatus ad defenſionẽ officialis, inquiſiti de ſubtractione pecuniæ regiæ, vel in vſus proprios ergatæ, & de omnibus pænis, & de practica, & obſeruantia Regiæ Cameræ Summariæ, vide copioſè ſcripta per Regentem de Ponte conſ. 22. pro magnifico Sanſone, & deciſione Collateralis Conſilij Settima. 2

Et an iſte Officialis pecuniarius habeat regreſſum contra alios ſuos miniſtros participes de fraude cum ipſo, ſi fuerit condemnatus, & quid fuerit iudicatum contra ſcribam portionis ad materiam l. ex pacto ff. de negot. geſt. in qua deciſione tota materia explanatur, & qua pœna puniantur, Miniſtri pecuniarij, vt ſunt Perceptores Prouintiarum ſi in proprios vſus vel in mercimonijs fiſcalem pecuniam expenderunt, quod intereſſe ſoluant ex retardata ſolutione, & quomodo fiſcus pecuniam fiſcalem auocare poſſ. ab illis, qui eam receperunt, ſiue titulo lucratiuo, ſiue onoroſo ad materiam l. pecuniam C. de priuil. fiſc. vide eundem Regentem de Ponte in ſuo opere de poteſt. Proreg. in tit. de regal. impoſit. fol. 665. cum ſeq. 3 4

Et de pecunia fiſcali exacta, & conuerſa in alios vſus vide, quæ ſcripſit Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 3. num. 5. & an Miniſter pecuniarius poſſit eam ſoluere creditoribus fiſcalibus abſque mandato ſuperioris ibid. & pecuniam fiſcalem ſolutam poſteriori creditori, an fiſcus prior credi- 5

tor

tor auocare poſſit ibidem num. 6. quid autem in priuato creditore anteriore ibidem nu. 7.

Et quod fiſcus auocet pecuniam exactam per poſteriorem ſi extat per hypothecariam, et ſi non extat per conditionem & lege ſi eſt conſumpta, late per Regium Conſiliarium Io. And. de Georg. in ſua alleg. 39. per totam, vbi ſuo more doctiſſime ſcribit.

Ad Conſt. ſtatuimus. De off. mag. iuſt.

SVMMARIVM.

1. Quando liceat pupillo, & viduæ variare.
2. An particularis poſſit iurare per horreſcenriam contra vniuerſitatem.
3. Interdicta iuriſdictione generaliter quod non intelligatur in cauſis pupilli, & miſerab. perſon.
4. Quod a decreto paupertatis non appellatur.
5. Quid in Clerico.
6. Quid de pupillo habente patrem.
7. Quid de virgine ſimiliter patrem habente.
8. Et quoties poſſit variari.

AD verſiculum huius conſtitutionis nec non, et miſerabilium perſonarum quarum eſt pri-
1 *uilegium forum eligere, adde quod licet viduæ, & pupillo variare Afflict. hic & Io. de Neuiz. in ſua ſilu. nupt. in verb. in dubio pro cõmuni iudicandum fol. 25.*

Sed an ſi particularis agat contra vniuerſitate m poſſit iura-
2 *re perhorreſcere potentiam aduerſarij, & recurrere ad ſupremum Iudicem vide text. in cap. ſtatutum §. cum vero Actor de reſcript. in 6. & ibi Franc. vbi etiam quid ſi aliquis agat contra collegium.*

Aduerte etiam, quod ſi ſit interdicta, ſeu prohibita admini-
3 *ſtratio, ſeu iuriſdictio alicui iudici generaliter, nihilominus põt cognoſcere de cauſis pupillorũ, & viduarum, quia iſta non videtur prohibita, extat cap. Regni, incip. quia nulla, &c.*

4 *Et quod Iudex procedens in cauſa, & pronuntians aliquem pauperem, ſeu pupillum, à tali pronuntiatione non appelletur nec contrarium probari poſſit, vide Cap. Reg. incip. de viuolentijs.*

Et

Et quod Clericus habeat fori electionem aduerſus Officiales 5
Regios habentes proprios Iudices, vide Cap. deciſ. 160.

Et quod pupillus qui habet patrem, quia dicitur pupillus in 6
proprie, non gaudet priuilegio fori electionis vide gloſ. in l. 1. C. quand. Imper. in verſ. ſi contra pup. & ibi Paul. de Caſtro, & Afflict. in conſt. l. præſenti, & plura ad materiam, vide per Petr. Belluc. in ſpec. princ. fol. 120.

Et in materia priuilegij l. vnic. C. quand. Imper. addo quod 7
virgo gaudet eod. priuilegio etiam ſi habeat patrem, vide Dom. de Franch. deciſ. 100. vbi omnes referantur.

Et quoties poſſit variari, & quid obſeruetur per fiſcum quan- 8
do petitur variatio, vide ibi, pupillus tamen minor quatuordecim annorum exiſtens in poteſtate patris, vel aui non guadet hoc priuilegio, idem Domin. de Franc. dec. 161.

Hæc conſtitutionem corripit text. in l. 1. quando Imper. vide Dominum de Franch. deciſ. 257. num. 2. & quæ conſtitutio concedit beneficium mulieribus indiſtincte ſecundum eundem de Franch. deciſ. 233. num. 3.

Et hæ conſtitutiones Regni in beneficium pupillorum non præiudicant alijs de iure commune priuilegiatis ſecundum Vincentium de Franch. deciſ. 608. num. 4.

Ad Conſt. Edictorum. De literis citatorijs.

SVMMARIVM.

1 Dominus feudi degens extra Regnum an poſſit citari in domo feudi, & quis pro eo poſſit comparere.
2 An ſit neceſſaria incuſatio contumatiæ.
3 Quando res tangit multos quomodo ſit facienda citatio.
4 Quomodo per edictum, vel extra regnum.
5 Citatio an requiratur in relatione expertorum, & quid in præambulo.
6 Citandus eſt qui principaliter debet intereſſe.
7 Et quando ſufficiat citari procuratorem.

SI Dominus feudi degit extra regnum, an poſ- 1
ſit citari in domo feudi, & an pro eo comparens etiam non procurator habeat terminum ad denunciandum vide Iſer. in cap. 1. de controuſ. inter dominum, & agn. de benef.

Et

Digitized by Google

Et Luc. de Penna in l. quicunque C. de diuerſ. off. lib. 12. dixit quod in cauſa requirente celeritatem, & tempore belli valeat mandatum ſine peremptorio, & ſine clauſula iuſtificata.

2 *Et an ſit neceßaria incuſatio contumatiæ, vide omnino per Andr. in cap. 1. de controu. inter vaſall. & al. de benef.*

Et quid operetur citatio ad totam cauſam, & ſingulos actus ſingulis diebus, & horis Alex. in l. qui ante calendas ff. de verb. oblig.

3 *Et quando res tangit multos quomodo ſit facienda citatio, & quos ſufficit citari, omnino Io. Faber. in §. fin. inſtit. de pœn. tem. litig.*

4 *Et quando quis poſſit citari per edictum, Io. Faber. in §. fin. inſt. de actio. & Bar. in conſt. ad reprimendum in verb. per edictum, & vide Curt. ad legem & peremptorium num. 10. ff. de iud. num. 4.*

An incuſatio contumatiæ ſit neceſſaria, vide Pragmaticas de relat. cit.

Citatio pupilli quomodo ſit facienda Ann. in ſing. 394. & nota, quod contumax amittit declinatorium fori Ann. in ſing. 120. & contumax poſt annum an audiatur, & an dicatur fictè confeſſus, vide Io. Anton. de Nigr. in cap. regni ſine num. 11. & num. 23.

Citatio per edictum, vt qui ſua putauerit intereſſe qualiter ſit in Regno, vide eund. de Nigr. in cap. ad regale fæſtigiũ num. 2. & an arctet quoad præiudicium perſonæ, vel rei ibidem num. 11.

Citatio extra regnum contra rebelles quomodo fiat vide eundem in Cap. regni ad vendictam num. 23. & an citatio ſit neceßaria in notorijs, vide eundem in cap. & ſi frequenter num. 10.

Citati an poſſint conſtituere Procuratorem, vide eundem in c. ſtudio num. 6. & in cap. item quód Iuſtitiarij num. 1. 2. & in reaſſumptione inſtrumenti an debeat pars citari, vide eundem in cap. ne perſonarum num. 3. et 14.

5 *Citatio an requiratur quãdo experti referũt Ann. in ſing. 78*

Citari

Citari non debet quis de conſuetudine in præambulo, Ann. in alleg. 19. nu. 13. fallit tamen in caſu, vt not. num. 15. vide Dominum de Franch. in d. 204. per tot.

Sed an requiratur citatio in agnitione bonorũ poſſeſſionis vide eundem de Franc. in ead. dec. 204. nu. 14. & Regentem de Ponte conſil. 20. per totum.

Citatio à delegato cum inſerta forma an valeat, Ann. in alleg. 24. nu. primo, & 4.

Citatio non requiritur quando Princeps prohibet adminiſtrationem Ann. in alleg. 25. num. 10.

Citandi non ſunt hi, qui non ſunt principales, licet inconſequentia litis definitio attingere poteſt Fab. de Ann. in conſil. 18. num. 23. 6

Citatio poteſt fieri cum litteris Iudicis rei ſitæ, de Franch. d. 177. nu. 3. Citatio Procuratoris quando ſufficiat in eadem deciſione nu. 5. 6. Citatio an requiratur in interdictione Bonorum, & quid in notorio, vide Regentem de Pont. conſ. 42. num. 35. 36. & 44. Citatio non requiritur quando Princeps procedit ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis idem de Pont. conſil. 24. nu. 70. 7

Et ad materiam huius conſtitutionis, vide Marant. in 6. par. 1. memb. in tit. de citat. & foll. in ſua pract. Crimin. in verb. accuſantur contumaciæ, & in verb. audiãtur excuſatores. Et quæ debeat continere hæc citatio verbalis, dic. quod ſex requiſita, vt per Marant. loc. præcit. nu. 52. Sed an in ciuilibus poſſit fieri citatio realis ibidem num. 49.

Sed quomodo poſſit quis citari extra Regnum? quærit hic Affl. n. 13. poſt Andr. qui latè hanc materiam per plures quæſtiones examinat, de quo etiam loquutus fuit Didac. Peres ad leg. part. tit. 2. lib. 3. ordin. q. 3. qui reaſſumit tres articulos. In hoc tamen Regno ſolet implorari bracchium in ciuilibus ſimpliciter, ſed in criminalibus cum cauſæ cognitione, ſed rebelles extra Regnum poſſunt citari in regno vt per Affl. hic, qui allegat cap. Regis Ferdinandi quæ eſt Pragmatica prima in tit. de citation.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Fructus pendentes, an dicantur res mobiles.
2 Quod citatio fieri debeat ſuper crimine.
3 Baronibus contumacibus quando ſequeſtretur iuriſdictio.
4 Et an facultas nominandi iudicem.
5 Actiones,& debitorum nomina an inter mobilia computentur.

1 *FRuctus pendentes in materia huius conſtitutionis andicantur res mobiles, ita quod veniant in contumacia vide Afflict. in cap. 1. de pac. tenend. & quid ſi ſunt bona mobilia exiſtentia extra territorium, vide omnino Alexand. conſ. 31. vol. 1.*

2 *Et aduertas, quod ipſum oportet citari ſuper crimine, ideſt ad capitula Bar. in extrauag. ad reprimendum in ver. ſuper dicto crimine facit conſtitutio ædictorum, & conſtitutio citationis literæ in fine, & ideo citatus ad informandum non condemnatur, niſi ad pœnam contentam in mandato, & facit hæc conſtitutio, dum ſequitur, quod poſt annum ſit foriudicatio, quæ non ſit niſi ſequuta contumacia ſuper receptione capitulorum.*

3 *Et an Baronibus contumacibus propter delicta quibus imponi poteſt pœna publicationis bonorum poſſit ſequeſtrari poſſeſſio iuriſdictionis ſtatus, vide Capy. dec. 131. vbi fuit deciſum, quod ſic, & ita in dies practicatur, ad idem facit Iſer. in conſt. Clementiæ Imperia. nam propter contumatiam non poſſunt ſtare in Curia ſine dedecore, dicit Andr. in cap. 1. §. An ille, qui interfecit fratrem Domini ſui, & propria iuriſdictione ſuſpenduntur, & Prorex ponit officialem, qui interim iuſtitiam adminiſtrat, vt eleganter declarat Frecc. in auth. 29. Bar. & Lipar. ad Andr. in c. 1. de milito vaſſall. qui contumax eſt per illum textum ſed comparente demum Baronum, vel quomocunq. eo exiſtente*

carce-

carcerato, tollitur ſuſpenſio, Andr. in conſt. Regn. Clementia per tex. d. cap. 1. de mil. vaſal. qui contum. eſt ad idem Ann. in ſing. 52.

An autem ſi Baro habeat facultatem nominandi in aliqua terra demaniali Iudicem, cui quidem Iudici facta demum nominatione, titulus, & commiſſio expeditur à Prorege an ſi iſte Baro ſit effectus contumax perdat hanc facultatem nominandi, quod non per tex. in l. cum pater §. hæreditatem ff. de leg. 1. & in l. ex facto § ſi quis rogatus ff. ad trebell. Dec. conſ. 525. & ita fuit deciſum in Collaterali Conſilio, prout refert Regens de Pont. in tractat. de poteſt. Proreg. fol. 10. cum præced. 4

Addo etiam, quod per priuilegium Neapolitanis conceſſum, quod eorum bona non publicentur niſi in crimine læſæ Maieſtatis, & Hereſis, non eſt derogatum huic conſtitutioni de Franch. deciſ. 102. num. 13. in qua Dec. etiam vertebatur dubium an filij nati, & concepti poſt deportationem, vel foriudicationem ſuccedant patri foriudicato, vel deportato, &c.

Denique ad hanc conſtitutionem, quod bona inquiſiti ſint adnotanda, vide latiſſimè Dominum de Franch. deciſ. 516. num. 6.

Et ad primum quæſitum, quod fructus pendentes non veniãt in contumacia, quia fructus pendẽtes, vel futuri cenſentur eſſe pars ipſius rei immobilis, in proprijs terminis huius conſtitutionis conſuluit Gram. conſ. 52. in cauſa nobilis num. 9. vbi loquendo in terminis huius conſtitutionis dicit quod annotatione bonorum inquiſiti, & contumacis facta per Curiam breuiter & ſummariè abſque dilatione, debent audiri concurrentes, ſeu prætendentes ius habere ſuper eis contra fiſcum, & quod annotatio prædicta, ſeu deſcriptio bonorum inquiſiti fieri non poteſt, niſi prius ipſo citato, & contumace effecto, vt ibi per eum num. 1. & 2. cum ſeq. & adde prædictis Alber. in l. diuo pio §. in venditione ff. de re iud. vbi dixit vſumfructum inter immobilia computari arg. leg. fin. C. de præſcript. longi temp.

Et an actiones inter mobilia, vel immobilia computentur vide Rom. in conſ. 509. circa propoſitam conſultationem, &c. num. 16. & 18. & Bar. in l. 1 in fin. C. ſi aduer. tranſ.

Et nomina debitorum an connumerentur inter mobilia, vel immobilia? Abb. in auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. Eccl. & in l. ad eum ff. de donatio. vbi an publicatis, vel legatis omnibus bonis mobilibus, vel immobilibus alicuius, intelligantur legata, vel publicata nomina debitorum. Adde tamen quod annui redditus computantur inter immobilia ita Alex. in apoſt. ad Bar. in l. ſciendum num. 10 ff. qui ſatiſd. cogant.

Ad Conſt. Minorum. De reſt. Minorum.

SVMMARIVM.

1 An minor pendente iudicio effectus maior reſtituatur.
2 An in cauſa liquidationis concedatur hæc reſtitutio.
3 Quando liceat contraria articulare.
4 Quid ſi maior ſuccedat minori, & è contra.
5 An ad conſortem extendatur.
6 Quid in repulſa.
7 Vel præparatorijs Iudiciorum.
8 Et in quibus caſibus non concedatur.
9 Et nu. 9.
10 Et an poſſit renunciari reſtitutio in damnum maioris.

1 *EXornando materiam huius conſt. An minor in principio iudicij effectus maior pendente iudicio reſtituatur in integrum Afflict. deciſ. 210. etiam in cauſa lucratiua Vinc. de Franch. deciſ. 17.*

Et minor 18. ann. maior tamen 12. quod in iudicio poſſeſſorio poſſit eſſe ſine curatore Affli. deciſ. 283.

2 *Sed quod in cauſa liquidationis bonorum non procedat hæc conſtitutio quando in cauſa principali fuerunt conceſſa beneficia idem Afflict. deciſ. 35. & latius deciſ. 114. vbi quod perſonis hic enumeratis bis tantum conceditur reſtitutio, quæ hodie ex vetuſto vſu primum, & ſecundum beneficium appell. et Andr. in conſt. in conſt. obſcuritatem.*

3 *Et an in primo, & ſecundo beneficio licitum ſit ponere, & articulare*

ticulare de directo contraria. Afflict.deciſ. 87. & aduerſario proſit idem in conſt. obſcuritatem 4.not.in 4. quæſt. etiã non obſtante concluſione deciſ. 216. limitando cap. fraternitatis extr. de teſt.

Quid ſi maior ſuccedat minori an ei competat hoc beneficium, & è contra Capyc.deciſ.109. & Afflict.deciſ.211. & 212. 4

Quodq. hoc beneficium ad conſortem non extendatur niſi rei indiuiduitas in qua ſunt conſortes aliud inducat, quia tunc eſt ſpeciale quod extendatur Socc.conſ.110.vol.4. Affl. in d.conſt.obſcuritatem 4.not.q.11. & dec 89 et 213. 5

An autem poſſit inſtari contra minores quod beneficium petant vt ſic de cætero non vtantur Imol. in clem.1. col.fin.de reſt.in integr. & Capyc.deciſ.110.

Nunquid autem reſciſſa concluſione per beneficium poſſit peti repulſa teſtium examinatorum in primo termino idem Capyc.deciſ.157. 6

Quodq. in cauſa repulſæ non detur reſtitutio in integrum deciſ.67. & Affli.in conſt.obſcuritatem 4.not.q.8.

Et in præparatorijs iudiciorum an detur hæc reſtitutio Capyc.deciſ.13. & 53. 7

Quod non concedatur hoc beneficium aduerſus exceptionem declinatoriam fori licet competat ad opponendam exceptionem perentoriam ante litem conteſtatam opponi omiſſam Afflict.in d.conſt.obſcuritatem 4.not.q.6. 8

Nec procedere hanc conſt. ſi ſponſæ minoris fuerit conſtitutum dotarium ſeu anteſatum per minorem quia hoc caſu non reſtituitur vt per Affl. in conſt.mulier quæ dotarium 2.not.q.10. 9

Et an poſſit minor renunciare reſtitutioni in præiudicium maioris Franc.deciſ.140.nu.6. 10

Ad Conſt. Probationum. De prob. & & teſti. ante lit.cont prod.

SVMMARIVM.

1 Creditor conditionalis, an poſſit petere quid examinētur teſtes ad perpetuam rei memoriam.

2 Quando poſſint recipi tales teſtes, & quibus præcedentibus.

3 Quæ

3 Quæ citatio requiratur.
4 Et quis Iudex poſſit examinare.

1 Creditor conditionalis an poſſit petere quod examinentur teſtes ad perpetuam rei memoriam vide teſt.in l. lege aquilia ſi deletum chirografum ff. ad l. aquil. & Aret. in cap. ſignificauit de teſt.

2 Quando poſſint recipi teſtes ad perpetuam rei memoriam, quæ requirantur, & quid ſi pars aduerſa contradicat Bald. cõſ. 384. vol. 3. vbi an tales teſtes recepti corã arbitro, fidem faciant in alio iudicio, & conſ. 482. lib. 4. vbi quid in conditionali legato, vel in diem

An id procedat tam ex parte rei, quam actoris Bart. in l. de ætate, num. 3. ff. de mino.

Et an lite non conteſtata poſſint examinari Corneus conſ. 168 vol. 2. quæ requirantur, et quando publicari poſſunt conſ. 172. eod. vol. Quodque ſuper teſtamento, & codicillis poſſint examinari conſ. 298. vol. 1.

3 Quod ſufficiat citatio ad domum aduerſarij pro dictis teſtibus examinandis. Affl. in conſt. citationis literæ 3. not.

4 Et iudex qui eſt deputatus ad cognitionem cauſæ cenſetur etiam deputatus ad examinandum tales teſtes quia hoc eſt præambolum ad cauſæ expeditionem Bart. in l. cum hi §. tranſactiones ff. de tranſ. niſi ex iuſta cauſa coram alio iudice fuerint examinati iuxta l. quoties C. de naufrag. lib. 11.

Ad Conſt. contumacẽ. De pęna contumaciæ in ciuil. cauſis.

SVMMARIVM.

1 Contumax quando patiatur immiſſionem ex primo decreto.
2 Hodie quid ſeruetur in regno.
3 Creditor cum aſſenſu poteſt exequi ſuper feudalibus.
4 Creditor in actione perſonali an immittatur in poſſeſſionem feudi.

Ad

AD cognitionem iſtius conſtitutionis adde quod contumax patitur immiſſionem ex primo decreto, & decretum interponitur officio iudicis implorato, vt per Cyn. in l. 2. C. de bon. aut. iud. poſſid. & debet conſtare de contumacia, vt per Bart. in l. hoc autem § 1. ff. eod. tit. & triduo poſt incuſationem contumaciæ ſaltim debet liquere de debito. 1

Hodie autem hæc conſtitutio receſſit ab aula quia iam non fiunt iſtæ immiſſiones ex primo, & ſecũdo decreto niſi quoad adiudicationem quando agitur iure aſſiſtendi ſeruata forma reg. pram. & primo loco in actu eſequutionis poſt latam ſententiam vult hæc conſtitutio quod fiat eſequutio ſuper bonis burgenſaticis, deinde vero ſuper bonis feudalibus, & ita hodie ſeruatur. 2

Eſt tamen verum quod ſi creditor habet aſſenſum poteſt eſequutionem facere ſuper feudalibus, ſi autem non habet aſſenſum poteſt poſſeſſorem feudi cogere ad vendendum iuxta tradita per Andr. in conſt. ſi quis poſt litem, & per Lofred. conſ. 14. num. 73. & conſ. 46. 3

Immo creditor in actione perſonali immittitur in poſſeſſionem ipſius feudi, vt dicit Regens Lanar. conſ. 12. ſed ſi feudarius debitor habeat feuda titulata, & non titulata proceditur ad venditionem prius bonorum non titulatorum, & demum ad venditionem feudorum titulatorum, vt per Minad. in conſt. regn. in aliquibus in princ. in verbo Comitum & Baronum nu. 42. & 43. & deciſ. 13. 4

Ad Conſt. Quiſquis de burgenſ. de reuoc. tranſea.

SVMMARIVM.

1 Quis dicatur burgenſis.
2 Quid debeat probari in reuocatione vaſſalli.
3 An poſſit interdici vaſſallo abeunti alienatio bonorum.
4 Et quis cognoſcet de tali cauſa.

Quia

1 *Quis dicatur burgenſis in materia huius conſtit. Bened. in cap. raynucius de teſtam. in verſ.et vxorem nomine Aleſiam. num. 300. Bal. & Affl in præludijs feud. in 13. col. Paris de Sind. de exceſſ baronum.*

2 *Vbi quid debeat probari in reuocatione vaſſalli a terris demanij, & quando a terris baronis, ibiq. collige limitationem, & an perdat bona quæ habet in terra baronis.*

3 *Et quid ſi baro videt quod vaſſallus vult aufugere, et ad alium locum accedere ad habitandum an poſſit interdicere alienationem bonorum Bart. in l. de pollicitationibus ff. de pollicit.*

Qñ vaſſalli dicantur angarij, & perangarij Capyc. dec. 168.

4 *Et ſi poteſtas vnius ciuitatis vult vendicare ciuem vel incolam ſuum, qui tranſiuit ad aliam ciuitatem, quis cognoſcet de tali cauſa, & an vendicando debeat exprimi in quo ſit ſubditus Alber. in l. incola prope finem, & l. de iure ff. ad muticipalem, & multa ad materiam vide per Affl. deciſ. 265.*

Ad Conſt. Conſuetudinem prauam. De rei act. & except.

SVMMARIVM.

1 Res feudales an per ſolam contumaciam amittantur.
2 Quid in prætendente ius ad rem feudalem.
3 Feudum an quid reale ſit, vel perſonale.

1 *AN per ſolum bannum, & contumaciam tenentium rem feudalem, & non comparentium amittantur res feudales Affl. in cap. 1. §. item ſi quis feudum 6. col. quib. mod. feud. amitt.*

2 *Et an etiam non poſſidens prætendens ius ad rem feudalem debeat comparere ad emantionem bannorum Bal. conſil. 466. Andreas feudatarius vol. primo.*

3 *Et feudum an quid reale ſit vel perſonale, an ſeruitus realis vel perſonalis, quæ dicantur partes ſingulares, & quotitatiuæ feudorum, & quomodo intelligatur quod de excadentijs baro diſponat, et an res reddititi a feudo dicatur feudalis Capyc. in c. imper. col. 113. de probib. feud. alien. per Feder.*

Ad

Ad Conſt. Menomachiam. In quib. caſ. pugn. locum non habeat.

SVMMARIVM.

1 Duella quomodo prohibita.
2 Quando ſint permiſſa.
3 Quid de aſtantibus duello.
4 Et quid hodie.

AD materiam huius conſt. vide Iaſ. notabiliter loquentem in l. ex hoc iure gentium num. 30. & 31. ff. de iuſt. & iure, & Dec. conſil. 487. Duella quod ſint prohibita ſub crimine læſæ 1
Maieſtatis Affl. dec. 265. Andr. in c. 1. de pac. ten.
Quando ſint permiſſa Petrus Bellu. in ſpecul. princ. 27. 2
rubr. fol. 137. & Io. Fab. in § per contrarium inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def.
Et an aſtantes in campo adhoc deſtinato puniantur, & quid 3
ſi eſt conſuetum in regione Io. Fab. in § 1. inſt. de leg. aquil.
Et an de iure cauſa honoris ſit licitum duellum Curt. iun. 4
conſil. 173. & Iaſ. tangit in d. l. ex hoc iure num. 31. cum ſeq. Hodie adeſt pragmatica Carol. V. prohibens duella.

Ad Conſt. Hoſtiei exceptionem de except. Hoſtic. pon.

SVMMARIVM.

1 Quando habeat locum iſta exceptio.
2 Et in quibus militibus.
3 An in vxore militis.
4 Et an in eſequtiuis obſtet iſta exceptio.
5 Quid ve in ſpolio de recenti.
6 An iſta exceptio proſit etiam fideiuſſoribus.
7 An authori laudato.
8 Et in quibus caſibus.

1 SI in inſtrumento fuerit renunciatum non poteſt opponi iſta exceptio. Ita ſæpe in conſilio iudicatum, & in reg. Camer. in cauſa Marchionis Montisnigri referente D. Petro de Caſtellet Regente integerrimo, Eiuſdemque Reg. Cameræ Promagno Camerario meritiſſimo

2 Et an habeat locum in militibus naualibus, & maritimis collige deciſionem ex teſtatis per Rip. in l. miles ff. de re iud. nu. 6. & latius in l. centurio ff. de vulg. & pupill. ubi quid in Pedeſtribus, & quid in Aventurerijs.

3 Quid ſi vxor militis hanc exceptionem opponat Capyc. deciſ. 176.

An miles conueniens alios poſſit reconueniri decide ex doctrina Angel. in l. 1. §. hæc autem ſtipulatio ff. ſi cui plus quam per l. falc. in 3. limit. ad §. donec.

4 Et an in eſequtiuis obſtet exceptio hoſtica, dicas quod quando requiritur cauſæ cognitio non obſtat per doctrinam Bal. in l. fin. §. donec C. de iur. delib. & Aret. in c. fin. de iudic. col. pen. in princ. cum ſeq. vſq. ad finem.

Et in dicto §. donec tangunt Alex. & Iacob. de San. Georg. an habeat locum retorquere in alia cauſa.

5 Quandoque de recenti fuit facta ſpoliatio quod hoſtici exceptio non habet locum notat Affl. dec. 84.

Vidde Frecc. dum tractat de offi. magni ad mirati num. 5. An ſeruiens in mari hac exceptione gaudeat, & quid in ſeruientibus per ſubſtitutum, & quid in litigante per procuratorem, & an contra mulierem petentem dotem Capyc. in inueſt. feud. cap. feudorum exceptiones §. hoſtici, & deciſ. 76. et 172. Franch. deciſ. 28.

6 Quod exceptio iſta non ſolum prodeſt principalibus ſed etiam fideiuſſoribus vt per litteră regis Roberti quæ incipit Ioann. de Haya.

Et licet conuentus gaudeat hoſtica exceptione tamen prohibetur ipſe agere prout teſtatur fuiſſe deciſum Io. Vinc. de Anna alleg. 75.

An

An autem hæc exceptio proſit authori laudato iddem Anna ſing. 171. referens ſe ad caſum deciſum in Reg. Cam. 7

Sed hæc exceptio non prodeſt quando actor, & reus eſſent in exercitu vt habetur in hac conſtit. licet Capyc. impugnare videatur. Nec in his quæ commiterentur, vel contraherentur in exeritu. Nec vbi agitur de eſequtione ſententiæ, nec in vxore cuius vir commoratur in exercitu vt per Capyc. dec. 16. 8

Ad Conſt. Cum per partes apuleæ. De animalibus in paſcuis aſſignandis.

SVMMARIVM.

1 Valet conſuetudo paſculandi in teritorio alieno.
2 Quid ſit fida.
3 Et quanto tempore præſcribatur.
4 Habens ius paſcendi an poſſit prohibere reduci teritoria ad culturam.
5 Ius paſculandi quod debeatur pro reta prædierum.
6 Quæ dicantur paſcua publica, & quæ priuata.
7 Vniuerſitas quando poſſit vendere defenſam.
8 Et quando dominus.

COnſuetudo paſculandi in teritorio alieno quod valeat Soccy. conſil. 15. vol. 3. & Dec. conſil. 550. 1

Et quod montes, aquæ nemora, & paſcua ſint baronum dixit Lucas de Penn. in l. 2. C. de feud. limotro. lib. 11.

Et quod veniãt etiam ſi non ſunt expræſſa in priuilegio Corn. conſil. 321. 4. vol. Affl. in c. imperialem §. præterea ducatus Bal. conſil. 410. lib. 5. Soccy. conſil. 166. Iacobi in ſuo tract. feud. verſ. & cum fluminibus.

Quomodo debeat probari communio vniuerſitatum, & quid debeant probare teſtes Loffred. conſ. 25.

Quid ſit fida, & de eius materia Loffred. conſil. 44. 2

Quomodo probetur prædia eſſe de confinibus, & teritoria alicuius loci Brun. conſil. 34.

Et quando animalia damnum dantia debeant liberari cum cautione, vel ſoluta fida Capyc. deciſ. 45.

Et quod vnus poteſt habere ius fidæ, & diffidæ in teritorio, & alius corpus teritorij, eiuſq; dominium Capyc. deciſ. 96.

3 *An ius paſcendi in alieno teritorio quæratur ſpatio 40. annorum Aym. Crauetta conſil. 4. & ibi quod non licet facere clauſuram in præiudicium habentium ius paſculandi, & quod poſſunt deſtruere propria autoritate.*

4 *Habens ius paſcendi ſeu fidæ, an poſſit prohibere quod teritoria inculta reducantur ad culturam Veronen. in ſuo tract. de ſeru. tit. de ſeru. ius paſcen. fol. 25.*

Quid ſi vnum paſcuum ſit commune omnibus ibi habitantibus, & qui ibi modicas habet poſſeſſiones teneat multa animalia ita quod habentes magnas poſſeſſiones non poſſint vti illo paſculo quod poſſint intentare vtile iudicium communi diuidendo vt quilibet pro quantitate poſſeſſionum vtatur ſine alterius præiudicio Alber. in l. imperialem ff. de ſeruit. ruſt. præd. vbi quod modus poſſeſſionum debet intelligi ſecundum æſtimationem, & valorem non autem pro numero perticarum vt vulgo dicitur ſeu iugerum.

5 *Et quod tale ius paſculandi in aliquo loco debeatur pro reta prædiorum, et ſi prædia alienantur quod tranſeant cum eis idem Alber. in l. plures ff. de ſeru. vend. vbi quod peti debeat per confeſſoriam actionem.*

6 *Quæ dicantur paſcua publica, & quæ priuata C. de paſcuis pub. & priu. lib. 11.*

An autem tranſeuntes poſſint equos ſuos paſculare in alieno teritorio And. in §. fin. de pac. ten.

Et quod habens ius paſculandi per præſcriptionem non poſſit prohibere dominum ne reducat ad culturam Aym. conſil. 292.

7 *Et an vniuerſitas poſſit vendere defenſam in præiudicium dominorum animalium Capyc. dec. 152.*

An paſcua ſint domini. vel ciuitatis Aym. conſil. 154.

8 *Et an dominus poſſit vendere ſaluo vſu vaſſallorum quod ſupereſt Ripa in l. quominus ff. de Flumin.*

Jus paſcendi quod præſcribatur ſpatio temporis cuius non eſt memoria hominum in contrarium Dec. conſ. 483. in fi.

Sed quando competit ratione perſonæ, & non rei præſcribitur minori tempore. Aym. conſil. 4. num. 5.

Et quando præſcribitur cum aliqua ſolutione per decem annos præſcribitur Guid. Pap. deciſ. 573. & ad materiam Calcan. conſil. 34. & Lanarius conſil. 98.

Ad Conſt. Varietates. De conſid. iniur. temp. & perſon.

S V M M A R I M.

1 Iniuria facta clerico dicitur facta Eccleſiæ.
2 Clericus habet fori electionem.
3 Et an contra Barones habentes priuilegium in Eccleſiaſticas perſonas.
4 Pro officij, & dignitatis tuitione datur actio iniuriarum.
5 Et de iniuria quæ fit per famoſum libellum.

SI iniuria fit clerico quod dicatur facta eccleſiæ Vinc. de Anna in alleg. 146. num. 6. & 7. 1
Et clericus tunc habet fori electionem ibidem.
Et an contra Barones habentes priuilegium 2
contra miſerabiles perſonas, & eccleſiaſticas, 3
vide deciſ. Felicis de Rubeo relatam per Fabium de Anna ibi in additione, vbi deciſum teſtatur quod non.

Pro officij, et dignitatis defenſione quod detur actio iniuriarum 4
ſi quis eam impediat Bal. in l. obſeru. §. antequam ff. de off. pro conſ immo is cui honor impeditur poteſt manu armata reſiſtere ex reg. l. vt vim ff. de iuſt. & iur. latiſſime Fab. de Anna in ſuo conſil. 7. nu. 18. & 19.

Et de iniuria quæ fit per famoſum libellum vide Vinc. de 5
Franch. deciſ. 533.

Ad Conſt. Ea quæ ad decus.

S V M M A R I V M.

1 Quod hæc conſtitutio non procedat in Eccleſia.
2 Quæ tranſeant ſub generali Principis conceſſione.
3 Tres ſententias prim. ſecund. & tert. cauſarum Baronibus conceſſas; to vnica in regno reputari.

Con-

1 Onſtitutio hæc quod non procedat in eccleſia Vinc. de Franch. deciſ. 116. nu. 11. ad cuius materiam multa congerit eruditiſſimus Regem de Tapia in hac conſt. à num. 14. vſque ad finem in cauſa Sancti Nicolai Bancaris cum Barone criminalis iuriſditionis Rutiliani quæ poſſidetur hodie per Michaelem Vaez Molæ Comitem inſignẽ virũ.

2 Et pro ornatu huius conſt. licet Princeps concedat alicui merum, & miſtum imperium, non tamen cenſetur abdicaſſe à ſe iuriſditionem appellationum, nam in conceſſione alicui pleniſſimis etiam verbis facta non tranſeunt regalia prout habetur in cap. primo quæ ſint regal. vbi Iſern. & per Azeued. Hiſpan. ad l. prim. tit. primo lib. 4. Rex. enim duplex ius habet in regno, alterum tanquam dominus ſpecialis caſtri, alterum vero tanquam Rex, & licet concedat alicui pleniſſimis verbis iuriſditionem, nunquam tamen cẽſetur conceſſiſſe illam ſupremam quam vt Rex habet vt puta cognoſcere de grauaminibus quæ vaſſallis à Baronibus inferuntur, de cauſis appellationun, de crimine leſæ maieſtatis, de facultate cudendi munetam, & ſimilibus. Ea certe ratione, quia huiuſmodi regalia ſunt de iuribus coronæ, & illi connexa inſeparabiliter vt nec ſint in commercio l. apud Iulianum §. conſtat de leg. primo l. fin. ff. vt in poſſ. lega. Andr. in cap. primo §. ſimiliter de capit. qui Cur. vend. luc. de pen. in l. 2. C. de iur. reip. lib. 11. & in l. contra publicam C. de re mil. lib. 12. & in l. quicunque C. de omni agr. deſer. lib. 11. Et ſic nullatenus per quas libet conceſſiones poſſet fieri prohibitio ne Rex ſit iudex appellationum.

3 Et licet quandoque vt plurimum ſoleat concedi Baronibus ius ſecundarum, & tertiarum cauſarum non obſtante titulo ne liceat tertio prouocare. Tamen in regno vſu receptũ eſt iſtas tres ſententias pro vnica reputari, nec prohiberi appellationem ad tribunalia regia, prout teſtatur Fab. de Anna in ſuo conſil. 70. etſi contrarium de iure firmet. Quæ tamen conceſſiones ſecundarum, & tertiarum cauſarum ſunt valde pernicioſæ vaſſallis, qui depauperantur, & poſt

modum

modum laboribus, & expenſis fatigati non habent modum accedendi ad regia Tribunalia.

Ad Conſt. Leggum aſperitate. De adult.

SVMMARIVM.

1 In hoc crimine quod admittantur teſtes de domo.
2 Adulterij actio quibus detur.
3 Meretrix quæ dicatur, & quomodo probetur.
4 Et an credatur mulieri ſe fuiſſe cognitam ab aliquo.

IN crimine adulterij illud eſt ſpetiale quod ad illud probandum admittuntur teſtes de domo, qui alias non admitterentur, & per præſumptionem violentam cum fama ſatis probatur Regens Deponte ſuo ſing. conſilio 98. 1

Et quod hæc adulterij actio detur etiam agnatis, fratibuſq. mariti adulteræ Vinc. de Franc. deciſ. 94. nu. 1. eo magis ſi adulterium cum inceſtu concurrat ead. deciſ num. 3. & quando occidens mulierem in adulterio repertam lucretur dotem deciſ. 678. & 184. 2

Meretrix quæ dicatur, & quomodo probetur Franc. deciſ. 368. nu. 2. & ſeq. Et an per conſt. Regni dicatur miſerabilis perſona idem Franc. deciſ. 233. nu. 7. vbi nu. 8. an gaudeat beneficio l. vnicæ C. quando Imper. 3

Et quod non credatur mulieri dicenti ſe carnaliter cognitam ab aliquo Gram. conſil. 45. 4

Quodque talis confeſſio non probat contra illum Aff. in conſt. ſi damna Clandeſtina nu. 5.

Idemque in muliere aſſerente à tali eſſe pregnantem Alex. conſil. 229. vol. 6.

Ad Conſt. Capitalem pænam. De Virg.

SVMMARIVM.

1 Raptores Virginum, vel aliorum mulierum qua pæna puniantur.
2 Quid in rapiente ſponſam vel vxorem.
3 Quid in rapiente mulierem ſolutam.

4 Et de meretrice rapiente iuuenem.
5 Quid ſi quis rapiat meretricem.
6 De raptu viduæ vel nuptæ.
7 Et quid ſi meretrix rapta deſinit eſſe meretrix.

1 *RAptores virginum vel aliarum mulierum quæ pena puniantur. vide pulchras diſtinctiones quas ponit Guid. Papa ſing. 569. & quando dicatur raptus idem ſing. 106.*

2 *Et ſponſam, vel uxorem rapiens an incidat in pœnam raptus Corn. conſ. 80. vol. 2. vbi num. 2. & 7. dixit quod raptus non committitur quando præceſſit tractatus de nuptijs, & vide Alex. in apoſt. ad Bar. in l. 1. C. de rapt. Virg. & Gram. conſ 48.*

3 *Et quod rapiens mulierem ſolutam ſemel ab alio cognitam, vel oſculatam non debet pæna capitis puniri, quia non præſumitur rapta per vim quæ ſemel voluntarie alteri conſenſerit, quinimmo non committitur raptus in muliere inhoneſte viuente. Hippol. de Marſil. in rub. ff. de fideiuſſ. num. 175. & Aret. in §. item lex iulia. inſt. de publ. iud. et Aff. in conſt. legum aſperitate col. 3. dixit quod mulier maritata etiam quod rem habuerit cum multis non excuſatur à pena adulterij, ſed bene adulter non poteſt de adulterio puniri propter vilitatem vitæ adulteræ.*

4 *Dixitq; Angel. in l. vnica C. de rapt. virg. quod meretrix rapiens iuuenem fuit conbuſta. Boer. deciſ. 317. nu. 11.*

5 *Et quod non teneatur de raptu qui rapuit meretricē propter eius vilitatem. Corn. conſ. 332. vol. 2. etiam ſi ab vno tantum viro fuiſſet cognita Boer. deciſ. 317. nu. 8.*

6 *Et quod ſtatutum diſponens quod de raptu virginum inquiri poſſit non habet locum in raptu viduæ vel nuptæ Bal. conſ. 171. lib. 4.*

7 *Et an ſi quis rapuerit meretricem quæ deſinit eſſe meretrix teneatur pena raptus Carrer. in pract. crim. fol. 56. nu. 24. & quod hodie puniatur pena capitis fuit deciſum in Sac. Conſ. vt per Preſid. de Franc. deciſ. 70.*

Ad

SVMMARIVM.

1 Homicidiarius an etiam ad intereſſe partis teneatur.
2 Quando teneatur de verberibus, & quando de occiſo.
3 Et quando ex vulnere quis mortuus præſumatur.
4 Et quid mortui declaratio operetur.
5 Prouocatio quantum excuſſet.
6 Et quid in occidenti transfugas, vel bannitos.

AD materiam iſtius Conſt. vide Hypolit. ſing. 575. vbi quod homicidiarius non ſolum pæna mortis, ſed etiam ad intereſſe partis teneatur. 1

Et percutiens non animo occidendi, quod non teneatur de occiſo, ſed alia mitiori pœna Paul. de Caſtr. conſ. 162. 1. vol. Hipol. ſing. 176. idemq. ſi homicidium eueniat inter iocantes Soccin. conſ. 16. Dec. conſ. 1. 2

Et quando quis ex vulnere præſumatur mortuus Gram. conſ. 2. & conſ. 49. Cum. conſ. 134. & Soccin. conſ. 178 2. vol. & coniecturæ ex quibus talis animus præſumitur ponuntur per Cuman. in dicto conſ. 134. Gram. voto 23 & per gloſ. in l. 1. C. ad l. cornel. de Sicar. 3

Et mortui declaratio cum iuramento quid operetur pro occidente. Gram. conſ. 2. & voto 23. 4

Pro limitatione iſtius Conſt. ſi quis prouocatus, aut iuſto dolore, & iracundia commotus aliquem occiderit mitius ſit puniendus Gram. dicto voto 23. num. 13. & 14. & Arno. exclamat ſoliloq. 22. Dec. latè in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Boer. deciſ. 169. quod ampliatur etiam ſi iracundia ortum habuerit aliunde, quam ab eo, qui offenditur Roman. quem ſequitur Alex. in l. lex iulia §. fin. ff. ad l. iul. repet. & comprobat Gram. dicto voto 24. num. 21. 5

Nec habet locum hæc conſtitutio in occidenti transfugas bannitos, vel proditores Regis per tex. in l. 3. §. fin. ff. ad l. cornel. de ſicar. & l. poſtliminium. §. transfugas. ff. de poſtlim. reu. & in cap. Regni, nuper apud 6

tranum, & conſtitut. Regni pœnam iorum. Iul. clar. in §. homicidium, verſ. pleruunq.

Ad Conſt. Regni Humanitate. De his qui fideiuſſ. dare poſſ.

S V M M A R I V M.

1 Curia proſequente cum familia. An fideiuſſores teneantur.
2 Quando quis ſit fideiuſſoribus relaxandus.
3 Et quando alius fideiuſſor preſtandus primo eſiſtente non idoneo.
4 Et ad quid teneatur.

1 *SI inquiſitus liberatus fuerit ſub fideiuſſoria cautione, & deinceps Curia cum cum familia proſequatur, & aufugerit, an ſint liberandi fideiuſſores Pariſ. de ſind. in verbo fideiuſſ. verſ. ſubijcio pulchram quæſtionem Veronenſ. conſ. 25. ubi quid ſi inquiſitus detineatur per alium iudicem allegat l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut. Alber. tamen in l. ſi deceſſerit num. 2. ff. qui ſatiſd. cog. concludit contra Veron. quod ſint liberati fideiuſſores. quæ opinio verior eſt, & magis communis per ea, quæ notat Bart. in l. ſi vero. ff. qui ſatiſd. cog. & cum eßem Iudex cauſarum ciuilium, & criminalium M. C. ita paſſim obſeruabatur.*

2 *Quando autem inquiſitus ſit fideiuſſ. relaxandus Pariſ. de ſind. in verbo ſi iudex maleſ. & Bald. in l. pen. C. de eſib. re. quando vero ſit carceribus mancipandus Folle. in ſua praxi crim. et ad caſum iſtius conſtit. vbi reus in fraganti eſt deprehenſus notandum eſt, quod dicit Salic. in l. ſi quis in ea C. de cuſt. reor. deprehenſum dici quando eſt probatum per vnum teſtem, & quod præſumptio iuris, & de iure equiparetur confeſſioni partis, vt per Bald. in l. ſi qua. C. de adult.*

3 *Fideiuſſore reperto non idoneo, an debeat alius præſtari, vide in tit. de Fideiuſſ. in rit. 160. num. 2. & qui fideiuſſores dicantur idonei ibidem num. 1. & quod pro liberatione captiuorum quacunq; die etiam Paſcatis capiantur*

Digitized by Google

fideiuſſores ritu 161. eod. tit. num. 1. & quacunque hora etiam abſentibus Regenti, & Iudicibus, vt in tit. de fideiuſſ. ritu 159.

Et fideiuſſor de præſentando ſi non præſentauerit condemnatur ad pœnam in ritu 159. contentam. & condemnatur eodem tempore, quo principalis abſque requiſitione Ritu 164. 4

Ad Conſtit. Iuriſperitorum. De prob. in appell. prod.

S V M M A R I V M.

1 In cauſa appellationis, An ſit licitum deducere illud idem, quod fuit deductum in prima inſtantia.
2 De materia articulorum impertinentium.
3 Quando in cauſa appell. poſſit probari omiſſum in cauſa principali.
4 Et quid ſi producti ſint articuli ſuper quibus non depoſuerunt teſtes in prima inſtantia.

Conſtitutio iſta fuit edita ad ſedandam controuerſiam inter Doctores Iuris ciuilis, et canonici, quod in cauſa appellationis non ſit licitum deducere illud idem, quod fuit deductum in prima inſtantia ſecundum Vinc. de Franc. deciſ. 668. & ad materiam vide tex. in clemen. teſtibus. tit. de teſt. & c. cum conueniſſet, ext. eod. auth. qui ſemel C. de probat. et l. per hanc c. de temp. appell. 1

De materia articulorum impertinentium vide Muſcat. in ſua praxi S.C. part. 5. gloſ. impertinentes. Vrſill. ad deciſ. 7. Affl. Capic. deciſ. 15. & 62. Guid. Pap. deciſ. 585. 2

Et Felin. in c. cum Io. hæremita ext. de teſt. vbi an, & quando poſſit in cauſſa appellationis probari omiſſum in cauſa principali, ad quæ vide Crauett. conſ. 74. & ſi in cauſa principali fuerit articulatum, quid valere centum, an in cauſa appellationis poſſit articulari valere quinquaginta Alex. conſ. 64. vol. 2. et Guid. pap. deciſ. 585. 3

Quidue ſi producti ſint articuli ſuper quibus non depoſuerunt teſtes in prima inſtantia. Bald. in c. 1. ſi de inueſt. int. domin. & vaſſ. & Felin. in c. fraternitas ex. de teſt. vide 4

aliquas limitationes per Couar. lib. pract. quæſt. cap. 18. num. 6. & Capyc. deciſ. 62. qui dixit, quod in repulſa repulſæ poſſunt fieri articuli concernentes id, quod deductum eſt in termino Affl. deciſ. 216. vbi ponuntur complures caſus practicabiles in quibus admittuntur articuli impertinentes, & aliqua per Io. Vinc. de Anna in allegat. 77 num. 5. 6. & 7.

Ad Conſtit. Dignum. De ſuo iure curobſeru.

S V M M A R I V M.

1 Quando vult Baro alienare rem de demanio ipſius feud. An debeat exprimi in aſſenſu.

1 A*D Conſtitutionem hanc vide tex. in l. nulli C. de fun. patrim. lib. xi. quem allegat Capyc. in ſua inueſt. feud. in verbo feudales aſſenſus, quod quando Baro vult alienare rem de demanio ipſius feud. debet exprimi in aſſenſu, quod illa res erat de demanio feud. Hinc Marin. Frecc. lib. 2. de ſubſ. in 6. q. tenuit aſſenſum præſtitum ſuper alienatione feud. non valere ſuper parte ipſius maxime in hoc Regno, in quo viuitur iure Francorum, & feuda ad primogenitum tantum pertinent, & ſunt indiuiſibilia, & ita paucis ab hinc diebus fuit iudicatum in cauſa Ducis Neritonis referete Præſide D. Jo. Henrichez meo collega eruditiſſimo, digniſſimoq; filio illius inſignis celeberrimiq; conſiliarij apud Catholicam Maieſt. D. Gabrielis Henrichez.*

Ad Conſtit. Amatoria pocula. De pocul. amat.

S V M M A R I V M.

1 Qua pœna ſit punienda mulier, quæ abortum fecit.
2 Quid in corpore animato, & quid in inanimato.

Mulier

Mulier quæ ut ſuam impudicitiam tegeret, ſumendo poculum abortum fecerit. pœna ultimi ſupplicij punienda eſt in corpore iam animato Pedam.deciſ.60. Anton.Gomes in tract. var. reſolut. tit. de homic. num.32. et Foller. in pract. crim. verſ. pœnis debitis ſeriantur num. 65. verſ. ſed qua pœna. & Niger in cap. Regni. ad peruerſorum num. 47. quam opinionem communem eſſe omnes teſtantur. 1

In corpore autem non animato mitiori pæna puniri debet Theſau. deciſ 12. & ſeq. & ſacrum conſ. ita iudicauit, quod fuſtigetur, & detrudatur in monaſterium eius vita durante. Præſes de Fran. dec. 592. 2

Ad Conſt. communiter. De prohib. cur. comm.

AD materiam huius conſtitutionis præter ea, quæ ſingulariter tradit Iſern. in §. ſi vero Caſtald. de feud. guar. vide nouiſſime conſil. Regentis de Ponte 49 quidue ex ſcriptis per eum fuerit in cauſa Marchionis Gruttulæ deciſum.

Jmprimatur

Petrus Antonius Ghibertus Vicarius Gener.

Aloyſius Riccius Canonicus Deput. vidit,

INDEX CAPIT. ET CONSTIT. REGNI.

DIſputatio paradoxica ad verum intellectum cap.1.& cap.ſi quis inueſtitus, qui ſucceſſ. teneant.& cap.moribus, ſi de ſend. defunct. milit. controuer.ſuer. fol.1.

CONSTITVT.

A

ADulterinam, de cudent. monetam adulterin. fol. 109.
Amatoria pocula, de potul.amator. fol.156.

C

CApitalem pœnam de raptor. virgin. vel vidu. fol.151.
Caſtra de nou.ædific. fol.105.
Comitibus, de Adiutor. pro militia fratris. fol.97.
Communiter, de prohib.Curial.commerc.fol.157.
Conſtitut.diuæ memoriæ de reuoc.feud.& rer. feud. fol. 80.
Conſuetudinem prauam, de qualitate, & ætate pugnat. fol.108.
Conſuetudinem prauam hactenus, de rei act. & excepi. fol.144.
Contumacem, de pœna contumac. in ciuil. cauſ. fol. 142.
Cum per partes Apuliæ, de animal.in paſc.aſſignan. fol.147.

D

DIgnum de iure ſuæ Curiæ obſeruan. folio 156.

E

EA quæ ad ſpeciale decus, quod null. Prælat. Com.Baro offic. Iuſtitiar.gerat. fol.149.
Edictorum, de liter.citator. fol.135.

F

FOriudicatorum bona, de fiſc. ſucceden. foriudicat. fol.130.

G

GRandis, de pœna contumac. in criminal. cauſ. fol.138.

H

HOſtici exceptionem, de except. Hoſtic. ponen. fol.145.
Humanitate, de his, qui fideiuſſ.dar.poſſ. ne in carcer. fol. 154.

I

IN aliquibus, de ſucceſſ. fil. Comit. & Baron. fol. 51.
In locis demanij noſtri, de Iudic.& Notar. & eorum. fol.131.
Inſtrumentorum robur, de fide, & author. inſtrum. &c. fol.114.
Iuriſperitorum, de probat. in appellat. producen. fol.155.

L

LEge præſẽti, de dand. Aduocat.pupil.& al.miſerab.perſon. fol.131.
Legum aſperitate, de adulter.& lænocin. fol.151.

M

MInoribus de iure Balij, fol.102.
Minorum iura, de reſtit. minor. fol.140.
Monomachiam, in quib. cauſ. pugna locum hab. fol.145.

O

OFficiales Reipublicæ, de Official.Reipubl. & de pœna peculat. fol.132.

P

POenam eorum, de forbannit. & foriudicat. fol. 119.
Poſt mortem, de morte Baron.nunc.Imperat. fol.99.
Probationum incurſibus, de probat.& teſtib.ante litem conteſtatam producen. fol.141.

Q

QVampluribus de adiutor. exigend. ab homin. fol. 93.
Quadragenalem, de prorogat.præſcript. fol. 108.
Quisquis Burgenſibus, de reuocand. tranſeunt. ab alien.habit. fol.91.& 143.

S

SAncimus, de iure congr. fol.111.
Si quis poſt litem, de pœn.contumac.poſt lit.conteſt.in ciuil.actio. fol.104.
Statuimus, de offic.Magiſtr.Iuſtit. & Iudic. Mag. Cur.Vic. fol.134.

T

TErminum vitæ, de homicid. puniend. folio 153.

V

VArietates, de conſiderat.iniur.tempor.& perſon. fol.149.
Vt de ſucceſſionibus, de ſucceſſ. nobil. in feud. fol. 70.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
RERVM OMNIVM
PARADOXICAE DISPVTATIONIS, ET SINGVLARIVM
A
IO. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO
ALPHABETICA SERIE DISPOSITVS.

A

Acquirens primus ſemper præiudicare poteſt deſcendentibus, etiam in feudo ex pacto, & prouidentia, non hæreditario, diſput.nu.20.fol.8.
Actio pro paragio, an competat contra tertios poſſeſſores, conſt.in aliquibus nu.34.fol.60.
Actiones, & debitorum nomina, an inter mobilia computentur, conſt.grandis nu.5.fol.140.
Actus qui habet legis aſſenſum debet eſſe perpetuo validus, diſput.nu.58.fol.24.
Actus purus feudatarij habet legis aſſenſum, ſed ſi validabitur ab homine, quid operatur hominis aſſenſus. ibid.nu.63.fol.26.
Actus quilibet, vel purus, ſiue in diem, vel conditionalis eſt, ibid.nu.87.fol.40.
Actus, an valeat ſi quis recipit pretium poſt reuotionem, impetrato tamen aſſenſu, conſt.diu.mem. nu.22. fol.86.
Adiutoria an debeantur vſufructuario, conſt.quamplurium nu.6. fol.94.
Adiutorium, an petat emptor cum pacto de retrouendendo, ibid.nu.7.fol.95.
Adiutorium hoc quantum aſcendit, ibid.nu.8.
Adiutorium, an debeatur pro faciendo filio Doctore, ibid.nu.9.
Adiutorium, an petat nepos ſuccedẽs auunculo pro maritanda ſorore, ibid.nu.10.
Adiutorium, an debeatur vſufructuario, vel tenenti feudum in pignus, ſeù cum pacto de retrouendendo, ibid.nu.15.& 18. fol.96.
Adiutorium, an debeatur pro filia monacanda, vel pro ſorore, & quid in nepte, ibid.nu.16.& 17.
Adiutorium, an debeatur pro maritanda filia ſpuria, ibid.nu.20.
Adhoæ önus, an minuat paragium, conſt. in aliquibus nu.43. fol.65.
Adoptiui non ſuccedunt in feudis, conſt. vt de ſucceſſ.nu.4. fol.71.
Adoptari quando poſſint filij in præiudicium agnati, ibid.nu.6.fol.72.
Adulterij in crimine, admictuntur teſtes de domo, conſt.legum aſperitate nu.1.fol.151.
Adulterij actio quibus detur, ibid.nu.2.
Afflicti ratio corripitur, diſput.nu.29.fol.12.
Agnatus remotior ſi ſit inſtitutus & etiam filij ſecũdogeniti, an valeat inſtitutio in feudis, conſt.in aliquibus nu.31.fol.59.
Alienatio feudi facta in ſenem ſine prole, dicitur fieri in augumentum feudi, conſt.diu.memor.nu. 11. fol.83.
Alienatio in proximè ſucceſſurum, an teneat ſine aſſenſu, ibid.nu.24.fol.86.
Alienatio bonorum, an interdici poſſit vaſallo, qui alibi accedere intendit ad habitandum, conſt.quiſquis nu.3.fol.92.
Alimenta data filiæ, donec mariteتur, an computẽtur in dotem, & an extinguant intereſſe paragij, conſt.in aliquibus nu.15.fol.55.
Alimentandi onus, quibus ſpectat in terminis conſtit.in aliquibus, ibid.nu.41.fol.64.
Amita, & patruus, non ſuccedunt in feudo nouo, quamuis ſint in tertio gradu, ſicut nepotes, & quę eſt differentiæ ratio, conſt.in aliquibus nu.3.f.53.
Amita, an ſuccedat nepoti, conſtit.vt de ſucceſſ.nu. 17. fol.74.
Andreas de Iſernia quo tempore ortus, & vita functus, diſput.nu.16.fol.7.
Annua perceptio ad vitam, an imponi poſſit ſine aſſenſu, conſt.diu.memor.nu.19.fol.85.
Appellationis in cauſa, an ſit licitum deducere illud idem, quod fuit deductũm in prima inſtantia, conſtit.iuriſperitorum nu.1 fol.155.
Appellationis in cauſa quando poſſit probari ommiſſum in cauſa principali, ibid.nu.3. Et quid ſi producti ſint articuli ſuper quibus non depoſuerunt teſtes in prima inſtantia, ibid.nu.4.
Argumentum an ſumi poſſit à conſenſu hominis ad conſilium legis, diſput.nu.56.fol.23.
Articulare contraria quando liceat, conſt. minorum nu.3.fol.140.

Articulorum impertinentium materia conſt. iuriſperitorum nu.2. fol.155.

Aſſenſus hominis quid operatur, quando actui feudali ſuperuenit, diſput.nu.59.fol.25.

Aſſenſus regulatur à contractu, & recipit omnes qualitates, conditiones extenſiones, & limitationes, quas recipit, & continet contractus, ibidem num. 60.

Aſſenſus Domini cenſetur contractum approbare, & hæredibus proſpicere, ibid.nu.62.fol.26.

Aſſenſus à Rege præſtitus in Regno non hæreditario, an Regis morte expiret, ſi contrahentes in vita non contraxerunt, ibid.nu.93.fol.45.

Aſſenſus, an impetrari poſſit lite pendente, conſtit. diu memor.nu.2.fol.81.

Aſſenſus, & contractus eadem die celebrati, quis præcedere præſumitur, ibid.nu.3.

Aſſenſus hodie requiritur in alienatione neceſſaria, ibid.nu.4.

Aſſenſus an probari poſſit per teſtes, ibid.num.8. & 10. fol.82. & 83.

Aſſenſus an requiratur in hypothecæ remiſſione, ibid.nu.9.fol.82.

Aſſenſus præſtitus doti, an includat antefatum, ibidem nu.13. fol.84.

Aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi, ibid.nu.16.

Aſſenſus fauore dotis, etiam poſt mortem impetratur. ibid.nu.17.

Aſſenſus permiſſiuus differt à diſpoſitiuo, & obligatiuo, ibid.nu.18.

Aſſenſus impetratus ſuper teſtamento poſt mortem teſtantis, an valeat, ibid nu.20.fol.86.

Aſſenſus, an poſſit expediri per creditores contrahentium, ibid.nu.23.fol.36.

Aſſēſus Baronis tantum ſufficit in alienatione feudi ruſtici, ibid.nu.38.fol.90.

B

BAlij, an debeant habere ſalarium, conſt. minoribus nu.1.fol 102.

Balius quid ſi eſt nominatus in teſtamento à patre, & auo, ibid.nu 2.

Balius quando datur magnus Princeps, non tenetur ſatiſdare, & quomodo, ibid.nu.3.fol.103.

Balij, an teneantur perſonaliter ſeruire, quando inciditur bellum, & Rex eligit ſeruitium in perſonam, ibid.nu.5.

Bannitum veneno occidens, an mereatur premium promiſſum occidenti, conſt.pœnam nu.4. fol.121.

Bannitus exiſtens in fortiis Curiæ, an poſſit impunè offendi, ibid.nu.6.fol.122.

Bannitum receptans quando puniatur, ibid. num.7. fol.124.

Baro, an concedere poſſit excadentias vacaturas, diſput.nu.5.fol.4.

Baro ſuccedens hæres inueſtitoris ſub forma aliqua, an ratione eius factum habere cogatur, ibid. nu.83. fol. 38.

Baro, an poſſit eius vaſallum angarium auſugientē propria authoritate capere, & modicè verberare. conſtit.quiſquis nu.7.fol.92.

Barones petunt adiutoria à vaſallis, quādo Regem hoſpitantur, conſt.quamplurium nu.12.fol.95.

Baro vtrum teneatur iterum concedere excadentias ſibi deuolutas, conſt. conſuetudinem prauam nu. 1. fol.108.

Baronibus contumacibus, quando ſequeſtretur iuriſdictio, conſt.grandis nu.3. fol.138. Et an facultas nominandi Iudicem, ibid.nu.4.fol.139.

Baro quando vult alienare rem de demanio ipſius feudi, debet exprimere in aſſenſu, conſt. dignum nu.1.fol.156.

Bartolus, & Baldus quo tempore vixerunt, diſput. nu.17.fol 7.

Bona quæſita poſt bannum, an veniant in cōfiſcatione, conſt.foriudicatorum nu.4.fol.131.

C

CArdinales, an ſint capaces feudorum, & vitæ militiæ, conſtit in aliquibus nu.51.fol.67.

Ciuis Neapolitani foriudicati bona, quibus quærantur, conſt.pœnam nu.9.fol.128.

Citatio quomodo ſit facienda, quādo res tangit multos, conſt.edictorum nu.3.fol.136. Quomodo per edictum, vel extra Regnum, ibid.nu.4.

Citatio, an requiratur in relatione Expertorum, & quid in præambulo, ibid.nu.5.

Citandus eſt, qui principaliter habet intereſſe, ibid. nu 6. fol.137.

Citari procuratorem, quando ſufficiat, ibid.nu.7.

Citatio fieri debet ſuper crimine, conſt. grandis nu. 2. fol.138.

Clauſula, & cui dederis, quid operetur in feudis, diſput.nu.44 fol.17.

Clauſula, ſexus prærogatiua ſeruata, quid operetur, conſtit.vt de ſucceſſ.nu.14. fol.74.

Clauſula, non obſtante quod ſuper bonis feudalibus, &c. quid operatur, conſt.diu.mem.nu.14.fol.84.

Clerici, & Laici feudatarij, an diuerſo iure iudicētur, diſput.nu.2. & 7. fol.4. & 5.

Clericus, an excludat fœminas, conſtit. in aliquibus nu.8.fol.54.

Clericorum fortalitia, an cuſtodiri poſſint à Rege tempore belli, conſt.Caſtra nu.4. fol.105.

Clerici, an teneantur contribuere ad refectionē murorum Ciuitatis, ibid.nu.7.fol.106.

Clericus occidens Laicum bannitum, & è conuerſo, an incidat in pœnam, nu.5.fol.121.

Clericus, an poſſit variare, conſt. ſtatuimus num.5. fol.131. & conſt.varietates nu.2.fol.149. Et an contra Barones habentes priuilegium in Eccleſiaſticas perſonas, ibid.nu.3.

Collaterale conſilium non præſtat aſſenſum, quando feudatarius, excluſo primogenito donat ſecundogenito, & quare, conſt.vt de ſucceſſ.nu.3.fol.71.

Conceſſio pro ſe, & liberis, quid operetur, diſput.nu. 25. fol.10.

Conſenſus filij, & filiæ primogeniti, an requiratur in alienatione feudi ex pacto, & prouidentia, conſt. vt de ſucceſſ.nu.23.fol.76.

Conſtit.in aliquibus, an procedat in hæreditate Clerici, conſt.in aliquibus nu.8.fol.54.

Conſtit. in aliquibus intellectus in illis verbis, fratres, aut ſorores, ibid.nu.18.fol.56.

Conſtit.in aliquibus procedit ab inteſtato, nō ex teſtamento, ibid.nu.37.fol.61.

Conſtit. in aliquibus ligat Iudæos, ibidem num.40. fol. 63.

Conſtit.in aliquibus, an procedat in hæreditate matris, ibid.nu.46.fol.66.

Conſtitutio in aliquibus, excludit Clericos à feudis, ibid. nu.47.

Conſti-

Conſtitutio in aliquibus, an procedat tàm in allodijs, quàm feudis. ibid.nu.48.

Conſtitutio in aliquibus procedit tàm in filiabus, quàm nepotibus, ibid.nu.12.fol.67.

Conſtitutio vt de ſucceſsionibus enumerat gradus, & nõ perſonas, & admictit ad ſucceſsionem feudorum antiquorum omnes illos, qui ſunt in tertio gradu, conſt.vt de ſucceſſ.nu.26.fol.77.

Conſtit.vt de ſucceſſ.vocat fratres in feudo nouo, & quomodo, ibid.nu.27.

Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, an procedat in feudis ruſticis, conſtit. conſtitutionem diu.memor. nu.5. fol.82.

Conſtit.diuæ memor. procedit in quocunque contractu facto ſuper feudis, ibid nu.28.fol.87.

Conſtit. diu.memor. an locum habeat in dote, ibid. nu.30. fol.88.

Conſtit. diu.memor. an procedat etiam in officijs, & quid in feudis planis, ibid nu.31. fol.89.

Conſtit. diu. memor. an procedat in alienatione neceſſaria, ibid.nu.34.

Conſtit. diu.memor. an procedat etiam aduerſus Fiſcum, ibid.nu.35.fol.90.

Conſtit. quadragenalem, an remoueat donationes, & inueſtituras præſcriptas, conſt.quadragenalem nu. 2. fol. 108.

Conſtit ſancimus, an procedat in Ciuitate, conſt.ſancimus nu.1.fol.111.

Conſtit.ſancimus, an procedat in permutatione, ibid. num. 3.

Conſtit. ea quæ non procedit in Eccleſia, conſtit.ea quæ nu.1. fol.150.

Conſtit. communiter materiam qui tractant, conſtit. communiter nu.1. fol.157.

Contractus feudales aliquando ex parte vna claudicare poſſunt, diſput.nu 35.fol.15.

Contractus, & aſſenſus eadem die celebrati, quis præcedere præſumitur, conſtit. diu.memor. nu.3. fol. 81.

Contractus an fieri poſſit in augumentum feudi, ibidem nu.9. fol.82.

Contumax, quando habeatur prò confeſſo, conſt. pœnam nu.3. fol.120.

Contumaciæ incuſatio, an ſit neceſſaria, conſtit. edictorum nu.2.fol.136.

Contumax quando patiatur immiſſionem ex primo decreto, conſtit. contumacem nu.1.fol.143. Hodie quid ſeruetur in Regno, ibid.nu.2.

Conuentio, vel ſtatutum, excludens fœminas ſtantibus maſculis valet, conſtit. in aliquibus nu.14. & 26. fol.55.& 57.

Creditor conditionalis, an poſſit petere, quod examinentur teſtes ad perpetuam rei memoriam, conſt. probationum nu.1 fol.142.

Creditor cum aſſenſu poteſt exequi ſuper feudalibus, conſt.contumacem nu.3.fol.143.

Creditor in actione perſonali, an immittatur in poſſeſſionem feudi, ibid nu.4.

D

Dictio, ſi, an conditionem, vel tempus importet, & quid in dubio, diſput. nu.90.& 91. fol.42. & 43.

Dies incertus conditio appellatur in teſtamentis, & quid in contractibus, diſput.nu.86.fol.40.

Dies mortis in contractibus, non facit conditionem, & limitatur, ibid.num.88. fol.41.

Dominus, & feudatarius, an ad imparia iudicentur, & quomodo. diſput.nu.34 fol.15.

Dominus debet cum vaſallis ex bono, & æquo, ac benignè agere. ibid.nu.79.fol.35.

Dominus feudi degens extra Regnum, an poſſit citari in domo feudi, & quis pro eo poſſit comparere, conſtit.edictorum nu. 1.fol.135.

Donatio inter virum, & vxorem, iuramento firmatur, diſput nu.97.fol.47.

Donatio facta ſecũdogenito, poteſt reuocari à primo tanquam inofficioſa, conſt.vt de ſucceſſ.nu.5.f.72.

Dos nõ poteſt eſſe minus legitima, & quomodo liquidatur, conſt.in aliquibus nu.26.& 27. fol.58.

Dos petitur condictione ſtatuti, ibid.nu.28.

Dos congrua dicitur attento tempore matrimonij, nõ matris, aut patris dotantis, ibid.nu.30.fol.59.

Dotatio debet fieri de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, ibid nu.45 fol.66.

Duella quomodo probibita, conſt.monomachiam nu. 1. fol.145. Quando ſint permiſſa, ibid.nu.2. Quid de aſtantibus duello, ibid.nu.3. Et quid hodie, ibidem nu. 4.

E

Emptor ſequuta reuocatione, an faciat fructus ſuos, conſt diuæ memor.nu.1.fol.80.

Emptor feudi cum pacto de retrouendendo, interim verè Baro dicitur, conſt.ſancimus nu.7. fol.112.

Euentus poſterior declarare ſolet incerta actus tempore, quæ declaratio retrotrahitur, diſput. nu.98. fol. 47.

Excadentialia iure Regni conceduntur, ſicut iure communi, quia in eis nil eſt immutatum, diſput. nu.103. fol 49.

Excadentiæ quæ dicuntur, conſt.diu.memor. nu.26. & 36. fol.87.& 90.

Excadentiæ ſub qua formula, & quibus verbis conceduntur, ibid.nu.39.

Exempla, quando regulam reſtringuunt, diſput. nu. 85. fol.39.

Exequutio prò legato in feudis, illorumque fructibus, quomodo fiat, conſtit.ſi quis poſt litem nu.1. fol.104.

Extimatio, an debeatur ex diſpoſitione ſine aſſenſu, & etiam legato feudo, conſt.diu.memor.nu.27.& 29. fol.87.& 88.

E

Facultas conceſſa feudatario alienãdi, intelligitur cum aſſenſu, conſt.diu.memor.nu.12. fol.83.

Facultas reædificãdi Caſtra, an comprehendatur in generali conceſſione Caſtri, conſtit. Caſtra num.8. fol.106.

Fœmina vtrum admictatur, quando maſculus repudiauit, conſt.in aliquibus nu.4. fol.53.

Fœmina an admictatur ad bona peruenta ad patrem poſt mortem filij, qui ſucceſſerat matri, ibid.nu.5.

Fœminæ vtrum admictantur, mortuo maſculo poſt mortem patris, ibid.nu.7.

Fœmina, an ſuccedat cum alijs in emphyteoſi conceſſa pro ſe, & filijs, ibid.nu.44.fol.65.

Fœminæ ſuccedũt in feudis antiquis in Regno, conſtit.vt de ſucceſſ.nu.12.fol.73.

Fœmina quæ renunciauit, an computetur in numero liberorum, conſt.foriudicatorum nu.5.fol.131.

Feudatarij Laici, & Clerici, an diuerſo iure iudicentur,

dicentur, diſput. num.2.& 7. fol.4.& 5.

Feudum hæreditarium, an cognitum ſit iure communi feudorum, ibid.nu 4.8.& 15. fol.4.5.& 7.

Feudum hæreditarium nunquam dicitur, ſi hereditaria qualitas in inueſtitura deficiat, ibid.num.9. & 24. fol.5.& 10.

